

Incipiunt priuilegia aecclesiae sancti
andreae hrofensis concessa a tempore aethil-
berhti regis, qui fide christiana a beato au-
gustino suscepta, eandem aecclesiam con-
5 strui fecit.

.
.

(R)(EGNANTE)

IN PERPETVVM DOMINO

10 nostro iesu christo saluatore,
mense aprilio, sub die
iiii. kl' maias, indictione
vii. ego æthelberhtus rex
filio meo eadbaldo admo-
15 nitionem catholice fidei
optabilem. Nobis est
aptum semper inquirere,
qualiter per loca sanctorum
pro animae remedio
20 uel stabilitate salutis nostrae aliquid de portione
terrae nostrae in subsidiis seruorum dei deuotissi-
mam uoluntatem debeamus offerre. Ideoque tibi
sancte andrea tuaeque aecclesiae quae est constitu-
ta in ciuitate hrofi breui ubi praeesse uidetur

119v

iustus episcopus, trado aliquantulum telluris mei.
Hic est terminus mei doni. Fram suðgeate
west andlanges wealles oð norðlanan to
stræte, 7 swa east fram st(r)æte oð dodding-
5 hyrnan ongean bradgeat. Si quis uero au-
gere uoluerit hanc ipsam donationem, auge-
at illi dominus dies bonos. Et si presumpserit
minuere aut contradicere, in conspectu
dei sit damnatus et sanctorum eius hic et in aeterna
10 secula, nisi emendauerit ante eius transitum
quod inique gessit contra christianitatem nostram.
Hoc cum consilio laurentii episcopi et omnium princi-
pum meorum signo sanctae crucis confirmaui, eosque
iussi ut mecum idem facerent. AMEN.

15 **De stokes quae antiquitus uocabatur**

+ (I)n nomine **andscohesham.**

domini dei nostri iesu christi ego eadberht rex can-
tuariorum donauit aliquam partem terrae pro reme-
dio animae meae atque indulgentia delictorum
20 meorum episcopatui beati andreae apostoli ac ue-
nerabil(e) uiro ealdulfo eius aecclesiae antistiti
in regione quae uocatur hohg in loco qui
dicitur, andscohesham id est decem arat(r)orum
iuxta aestimationem prouinciae eiusdem Huius

120r

uero terrae possessionem ita predicto episcopo largitus

sum cum omnibus ad eum pertinentibus id est campis
siluis pratis piscariis salsilagine, atque omnibus
utensilibus eius iuxta notos terminos consti-
5 tutos Hoc quoque praecipimus ut nullus presu-
mat propinquorum eorum uel successorum eorum hanc do-
nationem meam minuere infringere quoquomodo
Si quis uero quod non credimus contra preceptum meum huic do-
(natione mea (e) malibolo animo contraire tempta-
10 uerit, sciat se in die iudicii rationem deo red-
diturum manentem ta-
men hanc cartulam nichilominus in sua fir-
mitate si quis uero magis defendere au-
gere uoluerit, addat deus bona eius in terra
15 uiuentium Hanc quoque donationem meam ego
eadberht rex cantu(a)rriorum propria manu
confirmaui et signum sanctae crucis infixi te-
stes quoque idoneos commites meos confir-
mari et subscribere feci. Ego uilbaldus
20 commites meos confirmari et subscribere
feci Ego dimheahac co()mites meos confir-
mari et scribere feci. Ego hosberht commi-
tes meos confirmari et scribere feci.
Ego nothbalth commites meos confirmari
25 et scribere feci. Ego banta commites meos

9–11 *three lines in space for two*

120v

confirmari et scribere feci. Ego ruta commi-
tes meos confirmari et scribere feci. Ego
tidbalth (comites meos) confirmare et scribere feci.
+ (I)n nomine **Quomodo a(I)duulfus petierit confirmari hanc /**
5 domini dei summi. Ego alduulfus episco-
pus in primis penitus ignorauit quod a doro-
uernensis aeclesiae praesuli et rege, hac kar-
tula confirmata esse debuisset, postea agno-
uit et tam diligenter postulauit ab archiepiscopo
10 nothelmo et rege aethilberhto praesidente
meo largitore eadberhto ut ipsi manu sua
hanc donationem corroborassent, et sic in metro-
politano urbe perfecte compleuerunt. Actum
mense april', indictione vi. anno ab incarnatio-
15 ne christi dcc xxxviii. + Ego nothelmus
gratia dei archiepiscopus testis consentiens subscri-
psi kanonice. + Ego aethilberhtus rex pre-
fatam donationem signo sanctae crucis confirmaui.
+ Ego Beornheard testis subscripsi. + Signum
20 manus, tunan. + Signum manus balthardi.
+ Signum manus eanberhti.
De unius nauis libertate.
+ (I)n nomine domini dei saluatoris nostri iesu christi. Si ea
quae quisque pro recipienda a deo mercede hominibus

4 *vertically in the margin / donationem.*

121r

uerbo suo largitur et donat, stabilia iugiter
potuissent durare superuacaneum uideretur
ut litteris narrarentur ac fulcirentur. Sed

dum ad probanda donata ad conuincendumque
5 uolentem donata infringere nichil prorsus
robustius esse uideretur quam donationis
manibus auctorum ac testium roborate non in-
merito plurimi petunt, utque eis conlata
dinoscuntur paginaliter confirmentur.
10 Quorum postulationibus tanto libentius tantoque
promptius consensus prebendus est quanto et il-
lis qui precatores sunt, utilior res secundum hoc
uisibile seculum nunc impertitur. Et illis qui con-
cessores existunt, pro impertito opere pietatis
15 uberior fructus secundum inuisibile postmodum
tribuetur. Quam ob rem ego ethilbaldus rex
merciorum praesentibus litteris indico me dedisse
pro anima mea alduulfo episcopo aecclesiaeque beati
andreae apostoli quam gubernat, unius nauis
20 siue illa proprie ipsius siue cuiuslibet alte-
rius hominis sit, incensum id est uectigal, michi
et antecessoribus meis iure regio in portu lun-
doniae usque hactenus competentem, quemadmo-
dum mansuetudinem nostram rogauit. Quae

121v

donatio ut in perpetuum firma et stabilis sit, ita
ut nullus eam regum uel optimatum uel telo-
niariorum uel etiam iuniorum quilibet ipsorum in
parte aut in toto in irritum presumat aut
5 possit adducere manu proprio signum sanctae cru-
cis subter in hac pagina faciam, testesque ut sub-
scribant petam. Quisquis igitur id quod pro anima mea
donauit aut donatum est illibatum permanere
permiserit, habeat communionem beatam cum pre-
10 sente christi aecclesia atque futura. Si quis autem non
permiserit, separetur a societate non solum sanctorum
hominum sed etiam angelorum, manente hac dona-
tione nostra nihilominus in sua firmitate.
Actum mense septembrio die, indictione ii. anno
15 regni nostri xvii. + Ego aethilbald rex sub-
scripsi. + Ego daniel episcopus subscripsi. + Si-
gnum manus oba. + Signum manus sigibed.
(H)oc etiam iterum confirmatum est a beorhtuulfo
regi merciorum in uico regali uerburgeuic.
20 Ego berhtuulf rex merciorum hanc meam dona-
tionem et predecessoris mei aethilbaldi regis
cum signo sanctae crucis confirmaui his testibus
consentientibus et quorum nomina hic conti-
nentur, ad indulgentiam delictorum meorum

18 *in the margin confirmatio*

beorh(t)uulfi
regis merciorum.

122r

atque predecessoris mei aethilbaldi regis Si quis
autem successorum meorum regum aut principum
aut teloniariorum hanc donationem nostram in-
fringere uel minuere uoluerit sciat se sepa-
5 ratum a congregatione omnium sanctorum in tremen-

do die iudicii nisi prius digne emendauerit,
amen. + Ego berhtuulf rex merciorum sub-
scripsi. + Ego ceolnoð archiepiscopus subscripsi.
+ Ego seðrið regina subscripsi. + Ego celred
10 episcopus subscripsi. + Ego tatnoth episcopus subscrip-
si. + Ego hunberth dux subscripsi. + Ego
mucel dux subscripsi. + Ego hunstan dux
subscripsi.
+ (I)n nomine domini nostri
15 iesu christi. Omnem hominem qui secundum deum uiuit
et remunerari a deo sperat et optat, oportet
ut piis precibus assensum hilariter ex animo
prebeat. Quoniam certum est tanto facilius ea quae
quisque a deo poposcerit consequi posse quanto et
20 ipse libentius hominibus recte postulata con-
cesserit. Quo circa ego sigiraed rex cantiae
tibi uenerabili earduulfo episcopo ut diligenter
postulasti aliquam particulam terrae iuris mei
id est quasi unius et semis iugeri in ciuitate

122v

hrofi ad augmentum monasterii tui aeternali-
ter possidendam concedo ac describo cum omnibus
scilicet ad eam pertinentibus rebus. Haec autem
terrula ab aquilonali portae monasterii tui
5 iacet, et pertingit usque ad septentrionalem
murum prefatae ciuitatis intra terras uide-
licet quas antea ab oriente et occidente pos-
sedisti et ideo haec tibi satis accommoda quia
in medio iacebat. Si quis autem contra hanc do-
10 nationem meam aliquando uenire inuido maliuo-
loque animo temptauerit, sit in presenti separatus
a communione sanctae aecclisiae christi, et in futuro
a societate sanctorum omnium segregatus. Manen-
tem hanc kartulam in sua semper firmitate sig-
15 no dominicae crucis roborauit et idoneos testes
ut et id ipsum facerent adhibuit. ACT', indi-
ctione xv. anno dominicae incarnationis dclxii.
+ Ego sigiraed rex cant', hanc donationem meam
signo sanctae crucis roborauit. + Ego eadberht
20 rex cant', consentiens propria manu confirmauit.
+ Ego bregouuine archiepiscopus, consensi et sub-
scripsi. + Ego althuun abbas subscripsi.
+ Signum manus suuithuun. + Signum manus
aethylhuun. + Signum manus esni. + Signum

123r

manus aegbaldi. + Signum manus uuighaað. + Si-
gnum manus bunan. + Signum manus heabeorhti.
+ Signum manus tiidheah. **De pascuis porcorum**
+ (I)n nomine **xii. gregum.**
5 dei summi. Multi quidem in hoc seculo constitu-
tionem et narrationem antiquorum pro huius uitae
fauore et concupiscentia deprauare cona-
ti sunt, qui istius erumni seculi laudem querunt,
et multo magis hominibus placere quam deo di-
10 ligunt sicut ipse procurator nomine uualhhuun
contra episcopum hrofensis aecclisiae sine intermissi-

one congressum discrimini fecit circa porco-
rum pascua in silba quae appellatus est caestru-
uarouualth. Iccirco (+) ego earduulfus rex can-
15 tuariorum confliccionem eorum ad nichilum redi-
go quia coram testibus et optimatibus meis concedo
ad aecclesiam sancte andreae pro remedio animae
meae atque meorum patruum xii. greguum porco-
rum ad serbandum in publicis locis idest ut
20 incoli nominandi dicunt, holanspic, alius
paetlanhrygc, tercius lindhrygc. Hoc autem
numerus xii. gregum in istis tribus parti-
bus singulariter in uno quoque teneatur. Si
quis uero quod absit heredum meorum hanc do-
123v

(nati)onem infringere aut minuere presumat sci-
at se ab omnipotenti deo et a sanctorum angelorum con-
sortio separatum et in aeterna perditione damnatum,
manente hac donatione mea, in sua nichilominus
5 firmitate perseueret. Anno ab incarnatione
christi dcclxii. indictione xv. + Ego earduulfus
rex cantuariorum supradicta omnia uolens
confirmabi et signum sanctae crucis impressi.
+ Ego cuthberchtus gratia dei archiepiscopus ad peti-
10 cionem earduulfi episcopi consensi et subscripsi.
+ Ego aethilberchtus rex cantiae consensi et
subscripsi. + Ego balthard consensi et subscri-
psi. + Ego duunualla subscripsi. + Ego
aethelhun subscripsi. + Ego aldberht subscri-
15 psi. + Ego ruta subscripsi. + Ego folcuuine
subscripsi. + Ego uuiohtbrord subscripsi.
+ Ego balthhard suscripsi. + Ego badohe(a)rd sub-
scripsi. + Ego beagnoth subscripsi. + Ego
uualhhun subscripsi. **De æslingeham,**
20 **siue freondesberiam.**
+ (R)egnante in perpetuum domino nostro iesu christo,
ac cuncta mundi iura iusto modera-
mine regenti, ego offa rex merciorum
regali prosapia merciorum oriundus atque omni-
124r

potentis dei dispensatione eiusdem constitutus
in regem, considerans et recolens quod uas
electionis ueracissimis innotuit uerbis, quod
istis temporibus instarent tempora periculosa. Iccir-
5 co unus quisque de semetipso plenius poterit a-
gnoscerere, quod quanto quis in hoc terreno ha-
bitaculo longiorem protraxerit uitam, tanto
ueraciora esse omnia quae olim antiqui ua-
tes implenda esse praedixerunt. Iccirco ne-
10 cessarium duxi ut pro intercessionibus plurimo-
rum pro uenia meorum delictorum et requie perpe-
tua adipiscenda animae meae, aliquid ex his
quae michi largitor bonorum omnium christus dominus do-
nare dignatus est, id est terram aratrorum
15 uiginti, in loco cuius uocabulum est aeslin-
gaham, quae etiam iacet ad occidentalem par-
tem fluminis meduuuaeian, contigua ipso

fluio, cum uniuersis terminis suis ad eam
rite competentibus, cum campis siluis pratis pa-
20 scuis paludibus et aquis, sicut olim habue-
runt comites et principes regum cantiae, et
cum omni tributo quod regibus iure competit,
tibi uenerabili earduulfo sanctae hrofensis
aecclesiae episcopo, libenter in perpetuum perdono.

124v

Et hoc cum consensu et licentia archiepiscopi nostri
bregouuini, atque heaberhti regis cantiae,
et principum nostrorum, ut possidendi uel uenden-
di uel etiam tradendi cuicumque uoluerit
5 liberam per omnia habeat potestatem. Et quia pro ip-
sius terrae recompensatione aliquam partem pe-
cuniae nobis fideliter libenter optulit, ad pro-
merendam non solum specialiter michi a domino pi-
etatem, sed indulgentiam delictorum totius gentis
10 nostrae humiliter dominicam exorantes clementi-
am, ut liberet nos a malignis spiritibus et
importunis et malis hominibus. Terminos uero
huius terrae ideo latius non scribimus, quia
undique ab incolis absque ullo dubitationis
15 scrupulo certi sunt. Quicumque uero sequen-
tium regum aut principum aut aliquis seculari
fretus potestate haec nostrae definitionis scri-
pta irrita facere quod absit nisus fuerit,
sciat se in presenti uita domini benedictione
20 esse priuatum, et in nouissimo maledictione
subiacere, ut a consortio sit separatus
sanctorum et cum impiis et peccatoribus flammis
ultricibus esse damnandum, excepto si digna
satisfactione emendare curauerint quod

125r

(ini)qua temeritate deprauarunt. Manente
hac cartula in sua nichilominus firmitate
quam propria manu sacro signaculo roborare
curauit, et testes ut subscriberent rogauit,
5 quorum infra nomina ascripta tenentur.
Scripta est autem haec cartula in ciuitate
dorouerni anno dominicae incarnationis dcclxiiii. indictione ii.
+ Ego offa rex merciorum supra scriptam donati-
onem atque emptionem signo sanctae crucis roborauit.
10 + Ego bregouuinus archiepiscopus, iuxta pe-
ticionem clementissimi regis ante praedicti,
consensi et scripsi. + Ego heaberhtus rex
consensi et subscripsi. Coherent uero huic terrae
in commune saltu denberi iii. holanspic, et
15 lindhr(e)cg, et pædanhr(e)cg. + Ego botuui-
ni humilis abbas, consensi et subscripsi. + Si-
gnum manus esne. + Signum manus uhtredi. + Si-
gnum manus broerda. + Signum manus eadbaldi.
+ Signum manus berhtuualdi. + Signum manus
20 bobba. + Signum manus cec. + Signum manus huuit-
hyse. + Signum manus esne fratris eius. + Signum
manus badoheardi. + Signum manus egbaldi.
+ Signum manus suithhuni. + Signum manus

eangesli. **Item de aeslingeham.**

125v

+ (I)n nomine domini dei saluatoris nostri iesu christi. Quauis parua et exigua sint quae pro ammissis offerimus, tamen pius omnipotens deus non quantitatem muneris sed deuotionem offerentium semper in-

5 quirit. Qua de re ego sigeredus rex dimidiae partis prouinciae cantuariorum, tam pro animae meae remedio quam pro amore omnipotentis dei, terram aratrorum xx.ti quae appellatur aeslingaham tibi reuerentissimo episcopo earduul-

10 fo sanctae hrofensis aecclesiae, cum uniuersis ad se pertinentibus, campis siluis pratis pascuis paludibus et aquis et cum omni tributo quod regibus inde dabatur in potestatem cum consilio et consensu principum meorum libenter in perpetuum perdo-

15 no, ut possidendi uel habendi siue uendendi uel etiam tradendi cuicumque uoluerit liberam per omnia habeat potestatem. Sane quia cauendum est ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare

20 ualeat, et in ambiguum deuocare praesumptio, placuit michi hanc paginam condere, et una cum cespite terrae praedictae tradere tibi, per quam non solum omnibus meis successoribus regum siue principum, sed etiam michi ipsi penitus

126r

interdico, ne aliter quam nunc a me constitutum est ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant. Quod si qui forte obseruare neglexerint, et absque digna satisfactione praesentis

5 uitae impleuerint infelices dies, audiunt uocem aeterni iudicis sub fine mundi dicentis ad impios, discedite (a me) maledicti in ignem aeternum qui praeparatus est diabolo et angelis eius. Qui uero curauerint custodire, nichilque inro-

10 garint aduersi, audiunt uocem clementissimi arbitri inquietantis ad pios, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Adiectis iiii. dænberis in commune saltu, hoc est ueald

15 se uestra, billincgden, cealcbyras, meosden, rindigsel. + Ego sigeredus rex hanc donationem a me factam signum sanctae crucis propria manu scribendo firmaui coram bregouuino archiepiscopo. + Ego bregouuinus archiepiscopus ad pe-

20 ticionem donatoris ante praedicti consensi et subscripsi. + Signum manus hereberhti abbatis. + Signum manus baere abbatis. + Signum manus bruno abbatis. + Signum manus aescuualdi presbiteri. + Signum manus ecghaldi comitis

126v

atque prefecti. + Signum manus ealdhuuni. + Signum manus esne. + Signum manus badohardi. + Signum manus aethelnodi. **Confirmatio eanmun- /**

+ (E)go eanmundus rex hanc piam donationem
5 supra scriptam propria manu roborandam
hoc signaculo sanctae crucis expressi, in loco
cuius uocabulum est godgeocesham, presente
uenerabili archiepiscopo bregouuino et consen-
10 tiente, consilio quippe atque consensu omni-
um optimatum et principum gentis cantuari-
orum. + Ego iaenberhtus abbas consentiens
testis affui et subscripsi. + Ego huuaetred
abbas consensi et subscripsi. + Signum manus
egesnoði. + Signum manus balthhardi. + Si-
15 gnum manus aldhuni. + Signum manus uda.
+ Signum manus puda.
+ (I)n nomine
summi saluatoris et domini nostri qui ubique dispo-
nit omnia, ego ecgberhtus rex cantiae, tibi
20 eardulfo meo fidelissimo ministro atque episcopo,
tuae petitioni assensum praebui cum consensu
scilicet uenerandi archiepiscopi genberhti qui
(michi) in omnibus carus est, necnon et principum meorum
trado terram intra castelli moenia supra

3 *vertically in the margin / di regis*

127r

<quire II starts here>

nominati id est hrofiscestri unum uiculum
cum duobus iugeribus adiacentem plateae quae est
terminus a meridie huius terrae quam tibi modo
in presenti possidendam habendamque, et cuicumque
5 uolueris te uiuente seu moriente dare aete-
rnaliter perdono. Si quis autem hanc donationem
meam inuido maliuoloque infringere tempta-
uerit animo, sit separatus in hoc seculo a parti-
cipatione corporis et sanguinis domini nostri iesu
10 christi, et in futuro a coetu omnium sanctorum segregatus
nisi antea suam praesumptionem digna satisfacti-
one correxerit. Manentem hanc kartulam in
sua semper stabilitate, suprascriptam donationem
meam signo sanctae crucis christi confirmare cu-
15 rabo, et alios religiosos uiros ut et ipsum
agerent adhibui quorum nomina cum signa-
culis dominicae crucis intra tenentur. Actum
anno dominicae incarnationis dcclxv. + Ego
egcberhtus rex cantiae, hanc donationem meam
20 signo sanctae crucis roborare curabo. + Ego
gengberhtus gratia dei archiepiscopus, consensi et
subscripsi. + Ego badenoð episcopus consensi et sub-
scripsi. + Signum manus uban. + Signum manus
udan. + Signum manus aldhun. + Signum manus

127v

uuilheri. + Signum manus uualhardi. + Signum
manus tymbel. + Signum manus coenberhti. + Si-
gnum manus balhhardi. + Signum manus aethelno-
di. **Confirmatio heaberhti regis cantiae.**
5 + Ego heaberhtus rex cant' (testis) consensi et subscripsi.
+ Ego aldbertus abbas subscripsi. + Signum manus
esni. + Signum manus badohardi. + Signum ma-

nus tidheah. + Signum manus baldhordi. + Signum
manus eadberhti. + Signum manus hetraedi.
10 + Signum manus beornulfi. + Signum manus heara.

Confirmatio offae regis merciorum.

+ Ego offa rex merciorum ad petitionem earduulfi
episcopi hanc donationem in monasterio quod appel-
latus est medyhaemstede praesidente abbate
15 botuuino meo manu atque impressione sanctae
crucis christi corroborauit, et licentiam dedi ha-
bendi seu tradendi cuicumque uoluisset.
+ Ego botuuine abbas consensi et subscripsi.

20 + (I)n nomine domini **De hallingas.**
saluatoris nostri iesu christi. Omnem igitur hominem
sicut frequenter caelesti magisterio adhor-
tante didicimus, qui sub christiana religione uitae
caelestis praemia consequi desiderat, necesse est

128r

ut in presenti pietatis insistat operibus, et terrenis
rebus atque transitoriis in quantum deo largien-
te sufficiat sibimet aeterna mercatur bona,
suasque preces ad diuinam peruenire clementiam
5 cotidie citius per hoc faciat. Quod ipse alio-
rum in suis necessitatibus libenter exaudiat,
attentius reminiscens quod quibusque religiosis
postulationibus tanto libentius tantoque promptius
consensus prebendus est, quanto et illis qui prae-
10 catores sunt utilior res secundum hoc uisibile
seculum nunc impertitur, et illis qui concessores ex-
istunt, pro impertito opere pietatis uberius mer-
ces secundum inuisibile postmodum tribuetur.
Quam ob rem ego egcberth rex cantiae tibi dile-
15 ctissimo episcopo dioran atque tuae aecclesiae quae in
honore sancti andreae apostoli consecrata est, pro re-
medio animae meae cum consensu meorum opti-
matum atque principum terram iuris mei decem
aratorum in loco ubi nominatur hallingas cum
20 omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus iuxta
terminos indigenis certissimos, cum campis sil-
uis pratis paludibus piscationibus uenationibus
aucupationibus, libenter tenendam possiden-
damque concedo, ita ut quicquid de ea agere uolueris,

128v

liberam per omnia in perpetuo potestatem teneas.
Quisquis igitur heredum successorumque meorum hanc do-
nationem meam augere atque amplificare uo-
luerit, habeat beatam communionem in presen-
5 ti cum diligentibus deum, et in futuro perpetuam
cum omnibus sanctis. Quisquis autem maliuola mente
de illa immutare aut imminuere tempta-
uerit, separetur a societate non solum aeternae
felicitatis omnium sanctorum, sed etiam in aeterna
10 poena cum scelerum suorum crudelibus compartici-
pibus sit condemnatus. At uero ut hanc donati-
onem meam quilibet hominum aliquando non possit
irritam facere, manu propria signum sanctae crucis

subtus in hac pagina facere curauit, testesque
15 religiosos ut id ipsum facerent adhibeo.
Adiectis denberis in commune saltu, bixle, speld-
hirst, meredæn ðær be eastan, et rusteuuel-
l(æ), 7 t()eppanh(e)se. + Ego egcberhtus rex
hanc donationem a me factam signo sanctae crucis
20 roborauit. + Ego heaberhtus rex signo sanctae cru-
cis roborauit et subscripsi. + Ego iaenber-
htus archiepiscopus gratia dei consensi et subscripsi.
+ Signum manus eangisli. + Signum manus udan.
+ Signum manus balthardi. + Signum manus egesno-

129r
thi. + Signum manus uban. + Signum manus
tyccan. + Signum manus heardraedi. + Signum
manus uuiohtnothi. + Signum manus coenberhti.
Sunt autem termini a loco **Termini locorum.**
5 qui uocatur hrofesbreta usque in arborem qui
uocatur cutues ac, et inde uia recta per medium
campum quae appellatur hiuæinhamstedi, usque
in locum qui dicitur hallesmeri, et inde cir-
cumit per locum qui uocatur heortleagu, usque in
10 flumen medeuuæge.
De bromgehege.
+ (I)n nomine domini nostri iesu christi. Pietatis bene-
ficio quod quisque fidelium pro christi reuerentia
seruo dei fideliter domino seruienti misericorditer
15 contulerit, christo hoc conferre dinoscitur.
Nam ipse in fine mundi ad electos suos loquens
dicturus est, Cum uni ex minimis meis feci-
stis, michi fecistis. Iccirco ego egcberhtus rex
cantiae, hanc dominicam sententiam memoriter re-
20 tinens, et piis operibus deo instigante adimple-
re curabo, tibi dioran hrofensis aecclesiae an-
tistiti aliquam partem terrae iuris mei liben-
ter concedo, id est dimidiam unius aratri par-
tem ubi nominatur bromgeheg, simul et ma-

129v
riscem uocabulo scaga, et ut per omne ab hac die
et deinceps subsequens tempus cum notissimis
terminis omnibusque utilitatibus ad eam rite pertinen-
tibus tuo proprio iuri aeternaliter habendam possiden-
5 dam tradendamque cuicumque hominum uolueris
hilari concedo animo. Huius autem marisci ter-
minus, est aqua pene undique circumperfusa. Si quis
ergo heredem meam uenire fuerit ausus et teme-
10 rare eam inuido maliuoloque temptauerit animo,
sit anathema maranatha. Manente hac car-
tula in sua nichilominus stabilitate, quam roborare
propria manu curauit, et alios idoneos religio-
sosque testes ut id ipsum agerent adhibui, quorum
15 nomina infra caraxata continentur. Actum anno
dominicæ incarnationis dcclxxviii. in ciuitate do-
rouerni. + Ego egcberhtus rex cantiae, hanc
donationem meam signo crucis Christi roborauit.
+ Ego iaenberhtus archiepiscopus testis consentiens

- 20 subscripsi. + Signum manus escuualdi presbiteri.
+ Signum manus uban. + Signum manus boban.
+ Signum manus uualhard. + Signum manus ubban.
+ Signum manus aldhun. + Signum manus sigired.
+ Signum manus esni. + Signum eaniardi.

130r

Huic uero terrae adiacent pratee ubi dicitur hreodham,
in iiii.or locis. In uno loco xvii. agros, on eastan
clifwara gemære, 7 on suðan tucincgnæs,
7 on wæstan culinga gemære, 7 on norðan.

- 5 Et in alio loco xii. agros, on eastan is culinga
gemære, 7 on suðan clifwara gemære, 7 on
westan, 7 on norðan. Et in tertio loco vii.
agros, be eastan is mearcfleot, 7 be suðan,
7 be westan 7 be norðan is clifwara gemære.
10 Et in quarto loco vi. agros, be eastan is clif-
wara gemære, 7 be suðan is culinga gemære,
7 be westan is 7 be norðan clifwara gemære.

Item de bromgehege.

+ (I)n nomine domini nostri iesu christi.

- 15 Cum quis religiosorum uirorum fideliter deo famu-
lantibus ex temporalibus terrenisque substantiis
donare decreuerit, hoc pro certo christo dona-
tori bonorum omnium redonare constat. Vnde
et ego ecgberht rex cantiae tibi uenerando
20 dioran hrofensis aecclesiae antistiti trado di-
midiam partem unius aratri contiguam uidelicet
eiusdem quantitatis terrulam, in regione uo-
cabulo bromieheg, a me antea traditae.
Insuper et adiciam mariscem pertinentem ad aridam

130v

et ad aquae ripam iaenlade habentem quasi
quinguaginta iugerum, et ut in tua sit facul-
tate in perpetuum habendam possidendam traden-
damque cuicumque elegeris hominum, et si quis

- 5 tam ausus sit hanc donationem meam infrin-
gere temptauerit, sit anathema maranatha.
Hanc cartulam in sua stabilitate manentem con-
sentientibus religiosiis personis et subscriben-
tibus signo crucis christi roborauī quorum nomina
10 cum propriis infra notentur signaculis. Actum
anno ab incarnatione christi dcclxxix. in ci-
uitate supradicta. + Ego ecgberhtus donator
signum crucis christi impressi. + Signum manus
boba. + Signum manus balthard. + Signum manus
15 uee(a)lhard. + Signum manus banta. + Signum
manus billnoth. + Signum manus osuulf. + Si-
gnum manus bubba. + Signum manus balthard.

+ (I)n nomine domini nostri

- 20 iesu christi, cui patent cuncta penetralia
cordis et corporis. Ego ethelberhtus rex
occidentalium saxonum necnon cantauariorum
concedo hrofensis aecclesiae antistiti deoran ali-
quantulum terrae iuris mei intra moenia

supradictae ciuitatis in parte aquilonali, id est
 fram doddinc hyrnan oð ða bradan gatan
 east be wealle, 7 swa eft suð oð þæt east geat,
 7 swa west be stræte oð doddinc hyrnan, 7
 5 ðreo hagan be eastan porte butan wealle, 7 ðar
 to feower æceras mæde be westan, ee. Hoc
 in augmentum monasterii tibi concessi sancti an-
 dreae, ut mea donatio immobilis permaneat
 semper. Et si quis hanc donationem meam au-
 10 gere uoluerit, augeat dominus ei uitam. Si quis
 uero tunc minuere presumpserit, sit separatus
 a conspectu domini in die iudicii nisi prius emenda-
 uerit ante eius transitum quod nequiter gessit.
 Actum dominicae incarnationis dcclxxxi. + Ego
 15 ethelberhtus rex hanc meam donationem si-
 gno sanctae crucis confirmaui. + Ego geanberht
 archiepiscopus corroboraui. + Ego deora episcopus con-
 signaui. + Signum manus uualhard. + Signum
 manus uban. + Signum manus udan. + Signum
 20 manus ealhere. + Signum manus dudec. + Signum
 manus wullaf.

De trottesclyua.

+ (I)n nomine dei summi et saluatoris nostri iesu
 christi, ipsoque in perpetuo regnante disponenteque

suauiter omnia terrena quoque scepra et regalia
 iura temporaliter distribuerit. Vnde et ego
 offa rex merciorum aliquam terram pro remedio
 et salute animae meae tradam, id est sex ara-
 5 trorum ubi nominatur trottesclib ad aecclesiam
 beati andreae apostoli et ad episcopium castelli quod
 nominatur hrofescester ubi beatus paulinus
 pausat, quam etiam episcopalem sedem modo
 in presenti rite regit uuaermundus religi-
 10 osus antistes. Hanc itaque supradictam terram
 ad hanc condicionem perpetualiter habendam
 et possidendam concedo cum omnibus ad eam rite
 pertinentibus rebus cum campis siluis pascuis pra-
 tis pastinationibus et cum propriis terminis. Huius
 15 autem telluris termini sunt isti, ab oriente et
 a meridie boerlingas, ab occidente uurota-
 ham, ab aquilone meapaham. Ad hanc quoque
 terram pertinent in diuersis locis porcorum pa-
 stus id est uealdbaera ubi dicitur hollen-
 20 spic bi suðan ee eppanhrycg non longe ab eo
 loco langanhrycg. Quisquis uero contra hanc
 donationis cartulam callido malignoque trac-
 tatu contraire presumpserit, nouerit (se) quisquis ille
 fuerit in discreto dei iudicio sinistrae partis

socium fore et a christi et dei corpore sanguineque se-
 gregandum. Manente hac cartula in sua nichilominus firmitate propria manu signaculo cru-
 cis christi roborare curauit, et testes religiosos

5 et consen(tien)tes id ipsum agentes adhibui, quorum
nomina cum propriis cruciculis infra adno-
tentur. Actum anno dominicae incarnationis
dclxxxviii. + Ego offa rex merciorum hanc
suprascriptam donationem meam hoc signum cru-
10 cis impressi. + Ego ecgfrid rex merciorum
testis consentiens subscripsi. + Ego cyne-
drith regina consensi et subscripsi. + Ego
iaenberhtus gratia dei archiepiscopus signum crucis
christi impressi. + Ego hygeberht archiepiscopus sub-
15 scripsi. + Ego ceoluulf episcopus subscripsi. + Signum
manus brordani prefecti. + Signum manus berhtual-
di. + Signum manus eadbaldi. + Signum manus
ceolmundi.

Item de bromgehege.

20 + (D)n nomine domini nostri iesu christi (saluatoris). Si ea quae secundum
decreta canonum ac statuta synodalia salu-
briter definiuntur, quamuis sermo solus ad te-
stimonium sufficere possit, at tamen ob incer-
tam futurorum temporum conditionem firmissimis
25 scripturarum indiciis et cautionem cyrographis

12-13 two lines in space for one

132v

sunt roboranda. Quoniam quidem sepe ex ignorantia, sepe
quod est execrabilius ex improbitate contingit,
ut denegatio rerum uere et recte gestarum
nascatur. Qua propter ego offa rex merciorum tibi
5 uuaermundo antistiti necnon et aecclesiae quae
sita est in castro quod nominatur hrofescaester
trado terram unius aratri ubi nominatur broom-
geheg cum certissimis terrae huius limitibus,
quae habet ab oriente uuiodafleot, a meridie
10 uero fons quidam et fossa circumdata, et ex inde
sepis quaedam, itemque fossata ab occidente et no-
tis signis designatur, ab aquilone mariscem uo-
cabulo scaga, quam etiam circumfluit iaegnlaad.
Hanc autem terram tibi tradendam et possiden-
15 dam et aecclesiae usui mancipandam, quam tu iure
gubernas concedo. Si quis uero successorum meorum uel
principum hanc donationem meam immutare
temptauerit, sit anathema maranatha usque
dum dominus ueniat qui iudicaturus est orbem
20 terrae in aequitate. Hanc cartulam signaculo cru-
cis christi confirmare uolens proprio manu necnon
et alios religiosos adhibui testes quorum nomina
infra adnotentur. Actum anno dominicae incar-
nationis dclxxxix. in loco ubi dicitur celchyð.

133r

+ Ego offa rex merciorum hanc supradictam do-
nationem meam signo sanctae crucis christi roborau.
+ Ego iaenberhtus gratia dei archiepiscopus consensi
et subscripsi. + Ego hygeberht archiepiscopus sub-
5 scripsi. + Ego ceoluulf episcopus subscripsi. + Ego
heardraed episcopus subscripsi. + Ego unuona
episcopus subscripsi. + Ego cyneberht episcopus subscri-

psi. + Ego ealghearhd episcopus subscripsi.
+ Ego eadgar episcopus subscripsi. + Ego ealgmund
10 abbas subscripsi. + Ego beonna abbas subscripsi.
+ Signum manus ecgfrithi regis merciorum. + Si-
gnum manus berhtuualdi. + Signum manus ead-
baldi. + Signum manus brordan. + Signum manus
aethilheardi. + Signum manus ceolmundi. + Si-
15 gnum manus ubban. + Signum manus heaberhti.
+ Signum manus forðredi. + Signum manus uuigcgan.
+ Signum manus ceolheardi.

.
+ (I)n nomine domini nostri iesu christi. Omnem hominem
20 qui secundum deum uiuit et remunerari a deo
sperat et optat, oportet ut piis precibus assen-
sum hilariter ex animo prebeat. Quoniam certum est
tanto facilius ea quae quisque a deo poposcerit consequi
posse, quanto et ipse libentius hominibus recte

133v

postulata concesserit. Quo circa ego offa
rex merciorum tibi uenerabili uuaermundo
antistiti ut diligenter postulasti aliquam par-
ticulam terrae iuris mei id est quasi unius
5 et semis iugeri in ciuitate hrofi ad augmen-
tum monasterii tui aeternaliter possidendam
concedo ac describo cum omnibus scilicet ad eam
pertinentibus rebus. Haec autem terrula ab aquilo-
nali et ab oriente ciuitatis iacet, et pertingit
10 usque ad septentrionalem murum prefatae ciuita-
tis intra terras uidelicet quas antea ab
oriente et occidente possedisti, et ideo haec tibi
satis accomoda quia in medio iacebat. Si quis
autem contra hanc donationem meam aliquando
15 uenire inuido maliuoloque animo temptauerit,
sit in presenti separatus a communione sanctae
aecclesiae christi, et in futuro a societate sanctorum om-
nium segregatus. Manentem hanc kartulam
in sua semper firmitate signo dominicae cru-
20 cis roborauit, et idoneos testes ut et id ipsum
facerent adhibuit. Actum anno dominicae in-
carnationis dcclxxxix. indictione xii.
in loco ubi nominatur celchyth.
+ Ego offa rex merciorum hanc donationem

134r

meam signo sanctae crucis roborauit. + Ego ecgfrið
rex consensi et subscripsi. + Ego iaenberhtus
gratia dei archiepiscopus consentiens subscripsi. + Ego
hygeberht archiepiscopus subscripsi. + Ego ceoluulf
5 episcopus subscripsi. + Ego heard(red) episcopus subscripsi. + Ego
unuuona episcopus subscripsi. + Ego cyneberht
episcopus subscripsi. + Ego algheard episcopus subscripsi.
+ Ego uuaermund episcopus subscripsi. + Ego eadgar
episcopus subscripsi. + Ego ueohtun subscripsi.
10 + Signum manus ealhmundi abbatis. + Signum manus
beonnan abbatis. + Signum manus brordan. + Signum
manus berhtuualdi. + Signum manus aeðilhardi.
+ Signum manus uuigcgan. + Signum manus ceol-

mundi. + Signum manus ceolheardi. + Signum
15 manus eadbaldi. + Signum manus forðredi. + Sig-
num manus uuigcgan. + Signum manus heaberhti.
+ Signum manus ubban.

.
+ (I)n nomine domini nostri iesu christi saluatoris. Si ea
20 quae secundum decreta canonum ac statuta syno-
dalia salubriter definiuntur, quamuis sermo
solus ad testimonium sufficere possit, at tamen
ob incertam futurorum temporum conditionem fir-
missimis scripturarum indiciis et cautionum

134v

cyrographis sunt roboranda. Quoniam quidem sepe
ex ignorantia, sepe quod est execrabilius ex impro-
bitate contingit ut denegatio rerum uere
et recte gestarum nascatur. Qua propter ego aedel-
5 bearht rex occidentalium saxonum seu cantuua-
riorum uuaermundo episcopo trado terram iuris
mei id est xx. aera, et unum uiculum dimidium
ciuitatis hrobi, et unum mariscum quae ad illum
pertinet, pro eius pecunia quam ab eo accepi, hoc est
10 xv. pund', 7 xxx. mancuso, ut habeat et pos-
sideat, et cuicumque uoluerit illo uiuente seu
moriente aeternaliter tradendam concedo cum
omnibus ad eas rite pertinentibus in minimis
et in maximis notis et ignotis sine fine in
15 eum permaneat liuera. Si quis uero quod absit he-
redum successorumque meorum hanc nostram piam dona-
tionem immutare aliter uel minuere studue-
rit, sciat se in primis omnipotentis dei iram in-
currere, et uiuentem in hac uita benedictione
20 carere, et in nouissimo maledictione subia-
cere. Qui uero haec augenda custodierit,
nichilque inrogarit aduersi, sit benedictus
a domino. Scripta est haec cartula, anno dominicae
incarnationis dccxc. his testibus qui haec

135r

<quire III starts here>

consentientes subscripserunt, quorum hic nomi-
na infra tenentur asscripta.
+ Ego aedelbearht rex hanc meam donationem
signo sanctae crucis christi roborauit et subscripsi.
5 + Ego ciolnoð archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego
ealhstan episcopus consensi et subscripsi. + Ego Swiðhun
episcopus consensi et subscripsi. + Ego gudheard episcopus
consensi et subscripsi. + Ego dioruulf episcopus consensi
et subscripsi. + Ego aedelred filius regis. + Ego
10 ælfred filius regis. + Ego uullaf abbas. + Ego uue-
ferð abbas. + Ego uulfhelm presbiter. + Ego uue-
renberth minister. + Ego ceolmund minister.
+ Ego eannulf dux consensi et subscripsi. + Ego
oric dux consensi et subscripsi. + Ego uulfhere
15 dux consensi et subscripsi. + Ego aetheluulf dux
consensi et subscripsi. + Ego humbearht dux consensi
et subscripsi. + Ego uullaf dux consensi et subscri-
psi. + Ego aldre(d) dux consensi et subscripsi. + Ego
aedelred dux consensi et subscripsi. + Ego dryhtwald

20 dux consensi et subscripsi. + Ego biorhtuulf dux
consensi et subscripsi. **Diuisiones supradictae terrae.**
Ðanne is (ðer) se leah ðe man ðæt lond mid friðe
haldan scæl. An east healfe sio ealde stræte,
an suð halfe horsum stide, an west halfe

135v

biddanstiorf, an norð halfe pume lond.

Ðanne sind **Diuisiones supradicti marisci.**
ðæs londes gemæra an west healfe scipfli-
ot, an norð healfe meodowæge, an east hal-
5 fe liofwinne mearc, ðanne fram cioldry-
ðe londe west be ðare aldan stræte swæ sio
twoentig aecra.

·
+ (R)egnante et adiuuante nos deo et domino nostro
10 iesu christo, ego coenuulfus gratia dei rex
merciorum, anno v.o imperii nostri, una cum
fratre meo cuðredo rege scilicet cantua-
riorum, dabo in perpetuam possessionem suiðhune
nostro in commune ministro modicam telluris por-
15 tionem trium scilicet aratorum ubi nominatur
aet brom gehæge in prouincia cantiae, et unius
aratri adiacentem altera terra quod uocatur æðiluul-
fing lond adiecto uno piscatorio on tæmise
flumine ubi dicitur fiscnæs, adiectis iiii. denber-
20 ris in commune saltu id est on cæster sæta walda,
his locis aet otan sihtre, 7 aet crangabyrum,
7 aet frecinghyrte, 7 aet haeseldenne predicto
uiro uel eius posteris sub perpetua libertate
concedimus cum omnibus ad se pertinentibus rebus

136r

pro eius beneplacabile pecunia simul et deuoti fa-
mulatus sui parientia, ut habeat et posside-
at quam diu uiuat, et post se cui uoluerit re-
linquat in sempiternam possessionem eo uideli-
5 cet iure si ipse nobis et optimatibus nostris fide-
lis manserit minister, et inconuulsus amicus.
+ Ego coenuulfus rex donationem meam signo
crucis confirmo. + Signum manus cuðredi re-
gis cantuariorum. + Signum manus ceolberhti du-
10 cis. + Signum manus berhthuni et byrnwaldi
comitum. Hoc item secunda die pascae adfirmant
coram rege cuðredo in urbe cantuariorum archi-
episcopus æðilheard, 7 merciorum abbas daeghelm cum
optimatibus quorum hic scripta sunt nomina.
15 + Aæðilheard archiepiscopus. + Daeghelm presbiter
abbas. + Heaberht. + Osuulf. + Egnulf. + Alh-
mund. + Beornheard. + Esne. + Ealdberht. + Haeh-
frið. + Ealdberht. + Osmod. + Wiothert. + Be-
alðheth. **Quomodo suiðun hanc terram sibi datam a re-**
20 **gibus, concessit sancto andreae post obitum suum.**
+ (E)go swiðun post obitum meum trado terram
huius libelli pro remedio animae meae
omnibusque sibi pertinentibus sancte andreae in perpetuum.
Et si quis auerit, aeternam uitam tribuat ei deus,

si quis tunc minuere uoluerit, mortem supplicium
cum diabolo in aeternum sit passus.

De borcstealle.

+ (I)n nomine domini nostri iesu christi.

- 5 Regnante in perpetuum eodem deo et domino nostro
iesu christo, ego coenuulf gratia dei (rex) merciorum,
uiro uenerabili beornmodo episcopo, trado
terram iuris mei id est quasi tria aratra,
ad meridianam plagam ciuitatis quae dicitur hro-
10 fescester, ut habeat et possideat, et cuicumque
uoluerit illo uiuente seu moriente aeternali-
ter, tradendam concedo. Sunt autem huius tellu-
ris termini notissimi ab oriente uia puplica,
a meridie uuldaham, ab occidente flubius
15 meduwege, (ab aquilone) meara teag. Si quis hanc donatio-
nem meam infringere aut minuere temptaue-
rit, sciat se rationem redditurum ante tribu-
nal aeterni iudicis nisi prius deo et hominibus di-
gne emendauerit, et predicta terra sit libera
20 ab omni regali et seculari seruitio. Adiectis
denberis in commune saltu, otanhyrst, et frae-
cinghyrst, sceorfes stede, crangabyras, wiht-
herinc falad sto, et haeseldaen. + Ego coen-
uulf rex merciorum hanc donationem meam

- signo sanctae crucis christi confirmaui. + Ego uul-
fred archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego
deneberht episcopus consensi et subscripsi. + Ego
aedeluulf episcopus consensi et subscripsi. + Ego
5 sigered rex consensi et subscripsi. + (Ego) Aelbðrið
regina consensi et subscripsi. + (Ego) heardberht dux
consensi et subscripsi. + Ego beornmod episcopus con-
sensi et subscripsi. + Ego beornnoð dux consensi
et subscripsi. + Ego cynehelm dux consensi et sub-
10 scripsi. + Ego eadberht dux consensi et subscri-
psi. + Ego cyneberht propinquo regis consensi et
subscripsi. + Ego coenwald propinquo regis con-
sensi et subscripsi. + Ego quoendryð filia
regis consensi et subscripsi. + Ego eanberht
15 dux consensi () et subscripsi. + (Ego) aedelheah
consensi et subscripsi. Scripta est autem haec kar-
tula anno dominicae incarnationis dccc.a xi.a indi-
ctione iiii.a his testibus consentientibus et sub-
scribentibus. **De libertate aecclesiae**
20 **sancti andreae apostoli.**
+ (I)n nomine domini nostri iesu christi, ego ecgberhtus (gratia dei)
rex anglorum, cum consensu episcoporum ac principum
meorum hanc libertatem donabi aecclesiae quae
sita est in ciuitate hrobi et omnibus agellis quae

ad aecclesiam sancti andreae apostoli pertinent, pro remedio
animae meae et filii nostri aetheluulfi quem regem
constituimus in cantia, ut omnes (agros) sint libera ab
omni regali seruitio, a pastu regum et principum,

5 ducum et prefectum exactorumque, ab equorum et fal-
conum accipitrumque et canum acceptione, et illorum
hominum refectione quod nos festing menn
nominamus a parafrithis, et ab omnibus difficul-
tibus regalis uel secularis seruitutis notis
10 et ignotis, cum furis comprehensione intus et
foris maioris minorisue, preter pontis constru-
ctione et expeditione, aeternaliter liberata per-
maneat. Hanc libertatem predictae aecclesiae donabi,
pro humili oboedientia uenerabilis episcopi beorn-
15 modi, et pro amore apostoli sancti andreae, et beati
paulini archiepiscopi cuius corpus in predicta aecclesia
requiescit. Sic etiam (omnibus) successoribus uel heredibus
meis, necnon cuicumque gradu regibus seu princi-
pibus in nomine sanctae trinitatis et per tremendum
20 dei iudicium precipio ut haec donatio mea fir-
ma et inlibata inconcussaue permaneat. Si quis
uero hoc beniuola mente obseruare uoluerit,
seruetur ei benedictio sempiterna, hic et in aeter-
num. Si autem quod absit aliquis insurrexerit

138r

tyrannica potestate fretus seu diabolica te-
meritate instigatus qui hanc libertatem infrin-
gere aut minuere uel maluit conuertere
temptauerit quam a nobis constitutum est, sci-
5 at se separatam a communionem sanctae dei aecclesiae et
a participatione omnium sanctorum dei et aeternis
ignibus esse nodatum nisi prius digne et perfe-
cte hic in seculo emendare uoluerit. Scripta
est haec cartula anno dominicae incarnationis
10 dccc. xx. iii. indictione vi. his testibus con-
sentientibus et signo sanctae crucis christi confir-
mantibus, quorum nomina infra tenentur ascri-
pta. + Ego ecgberhtus rex anglorum hanc
donationem meam huius libertatis signo sanctae cru-
15 cis christi confirmaui et subscripsi. + Ego ae-
theluulf rex consensi et subscripsi. + Ego uul-
fraed archiepiscopus consensi et subscripsi. + Ego wig-
ðegn episcopus consensi et subscripsi. + Ego ealhstan
episcopus consensi et subscripsi. + Ego beornmod episcopus
20 consensi et subscripsi. + Ego wulfhard dux consen-
si et subscripsi. + Ego monnaede dux consensi et
subscripsi. + Ego osmod dux consensi et subscri-
psi. + Ego dudda dux consensi et subscripsi. + al-
dred. + Oshere. + ætheluulf. + duduc. + boba.

138v

+ Ealhhere. + sigaesteb. + æðelhard.

.
+ (I)n nomine domini **De snodilande.**
nostri iesu christi saluatoris mundi, anno dominicae
5 incarnationis dccc.xxx.viii. indictione i.a
ego ecgbearhtus rex cum consensu dilectissi-
mi filii nostri æðelwulfi regis dabo debotissi-
mo episcopo meo beornmodo aliquam terrae par-
tem iuris mei quattuor aratorum, in loco quae
10 dicitur snoddingland 7 aet holanbeorge, ut

habeat et possideat, et cuicumque uoluerit re-
linquat, ita ut predicta terra sit liuera ab omni
serbitia. + Scripta est haec cartula in bica
regali, quae dicitur fraericburna, is testibus consen-
15 tientibus et subscribentibus quorum infra nomina
tenentur, et unam molinam in torrente qui dicitur
holanbeorges burna, et in monte regis quinqu-
aginta carrabas lingnorum, adiectis quattuor
denberis, hwoetenstede, heahdaen, hese, helman-
20 hyrst. + Egcbert rex. (+) AEðeluulf rex. + Cial-
noð archiepiscopus. + Beornmod episcopus. + Ealhstan
episcopus. + Eadhun episcopus. + Cynred episcopus. + Ceolberht
episcopus. + Wlfheard dux. + AEðelwulf dux. + Eanulf
(* dux. + AEðelwulf dux. + Eðelheard, et in oriente
24 (* dux. + herebearht)

139r

ciuitatis hroui unum uiculum.

.
+ (R)egnante in perpetuum **De holanbeorge.**
domino nostro iesu christo, qua propter + ego oeðeluulf
5 rex occidentalium saxonum dabo et conce-
do + beornmodo hrobensis aecclesiae episcopo aliquam
partem terrae iuris mei, in loco quae appellatur
holanbeorges tuun duo aratrum (cum) consilio et licen-
tia episcoporum et principum meorum ut habeat et prefruet
10 in hereditatem sempiternam, et cuicumque uoluerit
relinquat, et sit illa terra liuera ab omne rega-
le seruitute in magnis et minimis notis et
ignotis cum pratis et pascuis et paludis cum
omnibus rebus quae ad illam terram pertinet. Scrip-
15 ta est haec scedula, anni domini dccc xli. indicti-
one iiii. his testibus consentientibus et subscri-
bentibus, quorum hic nomina continentur. + Ego
aeðeluulf rex hanc meam donationem cum uexillam
sanctae crucis rouorabi et confirmo. + Ego eðelstan (*
20 episcopus consensi et subscripsi. + Ego helmstan episcopus
consensi et subscripsi. + Ego beornmod episcopus consen-
si et subscripsi. + Signum manus oeðeluulf dux.
+ Signum manus ealchere dux. + Signum manus duduc.
+ Signum manus oeðelmod. + Signum manus uchtred.

19 (* rex consensi et subscri-
psi. + Ego ealhstan)

139v

+ Signum manus tuca. + Signum manus eðelred. + Sig-
num manus sigbeorht. + Signum manus boba.

.
+ (I)n nomine trino
5 diuino, ego oeðeluulfus rex occidentalium saxonum
necnon et cantuariorum, pro decimatione agrorum quam
deo donante caeteris ministris meis facere de-
creui, tibi dunne ministro meo dabo unam
uillam, quod nos saxonice an haga dicimus in me-
10 ridiae castelli hrobi, et decem iugera a meridia-
no plaga uilluli illius adiacentia, necnon et duo
iugera prati, et x. carros cum siluo honestos

in monte regis, et communionem marisci quae
ad illam uillam antiquitus cum recto pertinebat, et
15 hoc ipsum tibi ad habendam et possidendam con-
cedendo donamus, et post dies tuos cuicumque
herede tibi placuerit derelinquendam cum ple-
at, et post se heredem cui sibi libuerit prefi-
15 ciat, ea interposita ratione ut iugi depreca-
tione pro meae salutis integritate dominum inter-
pellando exoret. Erat autem eadem uilla cui-
dam matrone nomine æþelflæde derelicta
a uiro suo obeunte illo, quae etiam habebat
20 germanum quendam uocabulo leofsinum
quem de satrapis nomine tuli, ad celsioris
apicem dignitatis dignum duxi promouere
ducem constituendo scilicet eum, unde humi-
liari magis debuerat, sicut dicitur, Principem

160v

te constituerunt, noli extolli, et caetera. Sed
ipse hoc oblitus cernens se in culmine ma-
ioris status sub rogatu, famulari sibi pesti-
lentes spiritus permisit superbiae scilicet et auda-
5 ciae quibus nichilominus ipse se deditit, in
tantum ut floccipenderet quin offensione

multimoda me multoties grauiter offende-
ret. Nam prefectum meum æficum quem primatem
inter primates meos taxauī non cunctatus est
10 in propria (domo) eius eo inscio perimere quod nefarium
et peregrinum opus est apud christianos et genti-
les. Peracto itaque scelere ab eo, inii consilium
cum sapientibus regni mei petens ut quid
fieri placuisset de illo decernerent, placu-
15 itque in commune nobis eum exulare, et extor-
rem a nobis fieri cum complicitibus suis. Statuimus
etiam inuiolatum foedus inter nos quod qui pre-
sumpsisset infringere, exhereditari se sci-
ret omnibus habitis, hoc est ut nemo nostrum
20 aliquid humanitatis uel commoditatis ei sum-
ministraret. Hanc optionis electionem
post habitam nichili habuit soror eius æpel-
flæd, omnia quae possibilitatis eius erant, et
utilitatis fratris, omnibus exercitiis studuit

161r

explere, et hac de causa aliarumque quam pluri-
marum exheredem se fecit omnibus. Sit ergo predi-
cta donatio ab omni mundiali seruitio im-
munis, excepto quod omnibus est generale terris,
5 pontis uidelicet uel arcis recuperatione, et
expeditione. His apicibus precipimus et obsecra-
mus in christi nomine ut assensum detis corro-
borantes, et si quis anteriores preponere uo-
luerit in posterum, irriti fiant, nec aeternaliter
10 stabilientur, sed perpetua obliuione oblitterentur.
Oblitterentur nec minus nomina eorum de libro uitae
qui hoc cyrographum aliquo molimine in ali-
ud transmutare decreuerint quam per singra-
phiam confirmauimus. Anno ab incarnatio-
15 ne domini, mill' xii. indictione x. caraxatum
est hoc polipticum, et signaculo crucis in-
signitum his testibus magnifice firmiterque ada-
mantino stilo firmantibus. Ego æðelredus
rex anglorum prefatam terram pro amore dei eiusque
20 genitricis et perpetuae uirginis mariae god-
wino episcopo cum uiuificaecrucis uexillo impres-
sam libens concessi. Ego ælfgyfu regina
domini mei regis dono arrisi. Ego wulfstan
archiepiscopus cum coepiscopis nostris et filiis regis, et

161v

abbatibus et ducibus et militibus quorum nomina
inserta sunt corroborauī. Ego eadnoð episcopus.
Ego aðulf episcopus. Ego æpelwoldus episcopus. Ego
ælfgar episcopus. Ego godwinus episcopus. Ego æpel-
5 sie episcopus. Ego brihtwoldus episcopus. Ego leuing
episcopus. Ego alfhun episcopus. Ego ælmær episcopus.
Ego wulfgar abbas. Ego ælfsi abbas. Ego briht-
mær abbas. Ego ælfwi abbas. Ego Ælfsi abbas. Ego
edric abbas. Ego brihtstan abbas. Ego eadmær
10 abbas. Ego oscytel abbas. Ego eadric dux. Ego
uhtred dux. Ego leofwine dux. Ego ælfric
dux. Ego æpelmær miles. Ego syferð miles.

Ego æþelwærd miles. Ego godwine miles. Ego
Morcar miles. Ego ælfgar miles. Ego wada
15 miles. Ego ulfkytel miles. (*) Ego æþelwine miles.
Ego adelwold miles. Ego ælmær miles. **Bis syn-**
don þa land gemære to stantune.

(Æ)rest of ðære ealdra laca, to þam wiðig stub-
be, of ðam wiðig stubbe, suð be drægtunes
20 gemæra oð þa stan stræte, swa eft be þære
stræte oð þa cwealm stowe æt maccan ho,
of maccan ho suð be cunig tunes gemæ-
ra oð þa lampyttas, of ða lampyttas suð
to ðan þorn stubbe oð mid þam bradan mere,
15 (* Ego Þurkytel miles.)

162r

of ðam mere to þæs dices ende, of ðære dic,
be elles wyrðe gemæra oð þæne grenan weg,
swa be þæm grenan wege to ðan riðig, æfter
ðam riðig to leofwines gare, of ðan gare be
5 þan heafdan suð to ðan stocce, 7 swa forð to
ðan ac stubbe, of þan ac stubbe an furlang
west be pappawyrðe gemæra to earninga
stræte, æfter earninga stræte norð to lo-
dona beorge swa be broce into romboldes
10 becc, of romboldes becc norð be stræte oð
scorn ho, of scorn ho be hemminga forda
gemæra into use, andlang use eft oð þa
ealdan laca. Ðis is se fixnað þe to stan-
tune gebyrað, þæt is æt holan were, 7 æt
15 deopan were, 7 æt suðan ea, 7 æt niwan were,
7 æt dinde, 7 æt biscopes were, 7 æt bradan
were, 7 æt niwan were, 7 æt merbece.

.
+ (Ð)is wæron

20 ða æhtemen into wulda ham 7 heora
of sprinc. Ðas man dyde þider of ægles-
forda, tottel, 7 eadwig his broðor, 7 heo-
ra of team, 7 totteles suster 7 hire
cild, 7 his suster dohtor 7 hire twa cild.

162v

Ðas coman suðan of cinces tune, æþelflæd
7 hire cild. 7 of ægles forda, sigburh 7 hire
cild, 7 garwig 7 his wif, 7 boia 7 his wif,
7 guðhelm 7 his wif, 7 heora of team.
5 7 þas coman of cealce, bunel 7 his wif, 7 hid-
da 7 his wif, 7 noðbald, 7 his wif, 7 heora
of team. Þa gebohte ælfstan þæt land ælfe-
hes fæder æt eadmunde cince mid eallum
ðam þe ðar onstod on ece yrfe mid hund
10 twelftigan mancesan goldes, 7 mid þrittig-
gan pundan.

.
+ (H)er geswutelap on þisum gewrite þæt ægelsi
on wuldeham hæfð gelened be siwordes
15 dægge bispes his dohter 7 hiore dohter
ut of totteles cynne, 7 hæfð oþra menn

þær inn gedon be þære burhwara gewit-
nyse on hrouecæstre, 7 be ealle þæs bi-
scopes geferan. **De Falcheham, et bromleage.**

20 (Ð)us wæron ða land, æt bromleage, 7 æt
fealcnaham, þam cinge eadgare gereht,
on lundenbyrig, ðurh snodinglandes land
bec. Ða þa preostas forstælon þam biscope on
hrofesceastre, 7 gesealdan heo ælfrice æsc-

163r

wynne sunu, wið feo dearnunga, 7 heo æscwyn
ælfrices modor sealde heo ær ðider in, ða
geacsode se biscop þæt ða becc forstolene wæron,
bæd þara boca ða geornlice, under ðam þa ge-
5 watt ælfric, 7 he bæd ða lafe syððan, oð man
gerehte on cinges ðening manna gemote ðære
stowe 7 ðam biscope ða forstolenan becc snodig
landes, 7 bote æt ðære ðyfðe, þæt wæs on lun-
dene, þær wæs se cing eadgar, 7 se arcebiscop
10 dunstan, 7 ædelwold biscop, 7 ælfstan biscop,
7 oðer ælfstan, 7 ælfere ealdorman, 7 fela
cynges witena, 7 man agæf ða into ðære
stowe ðam biscope ða becc. Ða stod ðara wydewan
are, on ðæs cinges handa. Ða wolde wulfstan
15 se gerefa niman þa are to ðæs cinges handa,
bromleah, 7 fealcnaham. Ða gesohte seo wy-
dewe ða halgan stowe, 7 ðane biscop, 7 agæf ðam
cinge bromleages boc, 7 fealcnahames, 7 se
byscop gebohte ða becc 7 ða land æt ðam cinge
20 on godesh(y)lle, mid fiftigan mancesan goldes,
7 hund teontigan, 7 ðrittigum pundum, þurh fore-
spræce, 7 costnunge, into sanctae andrea, siððan
ða lefde se biscop ðare wydewan, ðara lande
bryces, under ðam ða gewatt se cing. Ongan

163v

ða syððan byrhtic ðare wydewan mæg, 7 heo
to ðam genedde þæt hy brucan ðara landa on
reaflace, gesohtan ða ðane ealdorman eadwi-
ne, 7 þæt folc ðe wæs godes anspreca, 7 geneddan
5 ðane biscop be ealre his are agiftes ðara
boca, ne moste he beon þara ðreora nanas
wyrðe ðe eallum leodscipe geseald wæs on wedde,
Tale, ne teames, ne ahnunga.

Þis is seo gewitnesse ðæs ceapes, Eadgar cing,
10 7 dunstan arcebiscop, 7 oswald arcebiscop, 7 ædelwold biscop,
ædelgar biscop, 7 æscwi biscop, 7 ælfstan biscop, 7 oðer ælf-
stan biscop, 7 sideman biscop, 7 ðæs cinges modor ælf-
ðryð, 7 osgar abbod, 7 ælfere ealdorman, 7
wulfstan on dælham, 7 ælfric, on ebbesham,
15 7 seo duguð folces on westan cænt, þær þæt
land, and þæt læð to lið.

.
. .
20 .
.
.

:
et de horsteda, et de fearnlega, et
5 de terstane, et de cealca, et de hænhersta,
et de hathdune. Deinde quinta pera est
archiepiscopi, iiii.or uirgatas plancas ponere,
et tres suliuas summittere, et hoc debet
fieri de Wroteham, et de mæidestana,
10 et de oteringaberiga, et de netlasteda,
et de duobus peccham, et de hæselholte, et
de mæreuurtha, et de lilleburna, et de
suuanatuna, et de offeham, et de dictune,
et de Westerham. Postea sexta pera de-
15 bet fieri de holineburna et de toto
illo lesto quae ad hoc pertinet, iiii.or uirga-
tas plancas ponere, et tres suliuas sup-
ponere. Septimam et octauam peram de-
bent facere homines de hou, et quattuor
20 et dimidiam uirgatas plancas ponere, et
sex suliuas supponere. Deinde nona
pera quae ultima est in occidentali bra-
chio est iterum archiepiscopi, iiii.or uirgatas
plancas ponere, et tres suliuas summit-

2-4 erasure

165v

tere, et haec debet fieri de northfleta, et
de cliua, et de heahham, et de denituna,
et de meletuna, et () de hludesduna, et
de meapeham, et de snodilanda, et de ber-
5 lingæs, et de (pe)dlesuurthe, et de omnibus il-
lis hominibus qui manent in illa ualle.
Et sciendum est quod omnes illae suliuæ quae
in ponte illo ponentur tantae grossitudi-
nis debent esse, ut bene possint sustine-
10 re omnia grauia pondera superiacentium
plancarum, et omnium desuper pertranseun-
tium rerum.

.
.
15 .
.
.
.
.
.
20 .
.
.
.
.
.

r

<one leaf cut out and replaced>

:
:
:
:
:
:
:

scopes, þæt is syo land per æt þam west ænde,
to flyote, 7 to his cliue, 7 to hehham, 7 to dene-
15 tune, 7 to melantune, 7 to hludes dune, 7 to
meapeham, 7 to snodilande, 7 to berlingan,
7 to peadleswyrþe, 7 ealla þa dænewaru, 7 iiii.
gyrdu to þilianne, 7 þryo sylle to leccanne.

20 .
.
.
.
.

167v

.
.
.
.

5 .
.
.
.

10 .
.
.
.

15 .
.
.
.

20 .
.
.
.

<booklet 2>

168r

<quire VII starts here>

De placito apud pinendenam inter lanfran-
(T)empore cum archiepiscopum, et odonem baiocensem episcopum.
magni regis uillelmi qui anglicum regnum
armis conquisiuit, et suis ditionibus sub-
5 iugauit, contigit odonem baiocensem episcopum
et eiusdem regis fratrem multo citius quam lan-
francum archiepiscopum in angliam uenire, atque
in comitatu de cænt cum magna potentia
residere, ibique potestatem non modicam exer-
10 cere. Et quia illis diebus in comitatu illo quisquam
non erat qui tantæ fortitudinis uiro resistere
posset, propter magnam quam habuit potesta-
tem terras complures de archiepiscopatu cantu-
arberiae et consuetudines nonnullas sibi
15 arripuit, atque usurpans suae dominationi
ascripsit. Postea uero non multo tempore con-

tigit praefatum lanfrancum cadomensis aecclesiae
abbatem iussu regis in angliam quoque uenire,
atque in archiepiscopatu cantuarberiae deo dispo-
20 nente totius angliae regni primatem sullima-
tum esse. Vbi dum aliquandiu resideret, et an-
tiquas aecclesiae suae terras multas sibi deesse
inueniret, et suorum neglegentia antecessorum
illas distributas atque distractas fuisse

168v

repperisset, diligenter inquisita et bene cognita
ueritate, regem quam citius potuit et non pigre
inde requisiiuit. Precepit ergo rex comitatum
totum absque mora considerare, et homines co-
5 mitatus omnes francigenas et precipue anglos
in antiquis legibus et consuetudinibus peritos in
unum conuenire. Qui cum conuenerunt, apud
pinendenam omnes pariter consederunt. Et quoniam
multa placita de diratiocinationibus terrarum,
10 et uerba de consuetudinibus legum inter archi-
episcopum et praedictum baiocensem episcopum ibi surrex-
erunt, et etiam inter consuetudines regales
et archiepiscopales quae prima die expediri non
potuerunt, ea causa totus comitatus per tres
15 dies fuit ibi detentus. In illis tribus diebus di-
ratiocinauit ibi lanfrancus archiepiscopus plu-
res terras quas tunc tenuerunt homines
ipsius episcopi, uidelicet herbertus filius iuonis, Tu-
roldus de hroueestra, Radulfus de cur-
20 ua spina, et alii plures de hominibus suis,
cum omnibus consuetudinibus et rebus quae ad
easdem terras pertinebant super ipsum baiocen-
sem episcopum et super ipsos praedictos homines illius
et alios, scilicet, Detlinges, estoces, preste-

169r

tuna, danituna, et multas alias minutas terras.
Et super hugonem de monte forti diracionauit
hrocinges, et broc, et super radulfum de curua
spina lx. solidatas de pastura in grean. Et
5 omnes illas terras et alias diratiocinauit ita liberas
atque quietas, quod in illa die qua ipsum placitum
finitum fuit, non remansit homo in toto re-
gno angliae qui aliquid inde calumniaretur, neque
super ipsas terras etiam paruum quicquam clama-
10 ret. Et in eodem placito non solum istas praenomi-
natas et alias terras, sed et omnes libertates aecclesiae
suae et omnes consuetudines suas renouauit,
et renouatas ibi diratiocinauit, soca, saca,
toll, team, flymenafyrmthe, grithbrece,
15 forestal, haimfare, infangenne þeof, cum omnibus
aliis consuetudinibus paribus istis uel minoribus
istis, in terris, et in aquis, in siluis, in uiuis, et in
pratis, et in omnibus aliis rebus, infra ciuitatem
et extra, infra burgum et extra, et in omnibus
20 aliis locis. Et ab omnibus illis probis et sapienti-
bus hominibus qui affuerunt, fuit ibi dira-
tationatum et etiam a toto comitatu concordatum

atque iudicatum, quod sicut ipse rex tenet suas
terras liberas et quietas in suo dominico, ita archiepiscopus

4 grean *glossed* insula est

169v

cantuarberiae tenet suas terras omnino liberas et
quietas in suo dominico. Huic placito interfue-
runt goisfridus episcopus constantiensis qui in
loco regis fuit, et iusticiam illam tenuit, Lan-
5 francus archiepiscopus qui ut dictum est placitavit
et totum diratiocinavit, Comes cantiae, ui-
delicet praedictus odo baiocensis episcopus, Ernustus
episcopus de hroueestra, Ægelricus episcopus de cice-
stra, uir antiquissimus et legum terrae sapientis-
10 simus, qui ex precepto regis aduectus fuit ad
ipsas antiquas legum consuetudines discuti-
endas et edocendas, in una quadriga, Ricar-
dus de tunebrigge, Hugo de monte forti,
Willelmus de arces, Haimo uicecomes, et alii mul-
15 ti barones regis et ipsius archiepiscopi, atque illorum
episcoporum homines multi. Et alii aliorum comita-
tuum homines etiam cum toto isto comitatu,
multae et magnae auctoritatis uiri franci-
genae scilicet et angli. In horum omnium praesentia
20 multis et apertissimis rationibus demonstra-
tum fuit, quod rex anglorum nullas consuetu-
dines habet in omnibus terris cantuariensis
aecclesiae, nisi solummodo tres. Et illae tres quas
habet consuetudines, hae sunt. Vna, si quis

170r

homo archiepiscopi effodit illam regalem uiam quae
uadit de ciuitate in ciuitatem. Altera, si quis
arborem incidit iuxta regalem uiam, et eam super
ipsam uiam deiecerit. De istis duabus consuetu-
5 dinibus qui culpabiles inuenti fuerint, atque
detenti dum talia faciunt, siue uademonium
ab eis acceptum fuerit, siue non, tamen in secu-
tione ministri regis et per uadimonium, emen-
dabunt quae iuste emendanda sunt. Ter-
10 cia consuetudo talis est. Si quis in ipsa re-
gali uia sanguinem fuderit, aut homici-
dium, uel aliud aliquid fecerit quod nullatenus
feri licet, si dum hoc facit deprehensus atque
detentus fuerit, regi emendabit. Si uero deprehen-
15 sus ibi non fuerit, et inde absque uade data
semel abierit, rex ab eo nichil iuste exige-
re poterit. Similiter fuit ostensum in eodem
placito, quod archiepiscopus cantuariensis aecclesiae
in omnibus terris regis et comitis debet multas
20 consuetudines iuste habere. Etenim ab illo die
quo clauditur alleluia, usque ad octauas pascae, si quis
sanguinem fuderit, archiepiscopo emendabit. Et
in omni tempore tam extra quadragesimam quam infra
quicunque illam culpam fecerit quae cilduuite uocatur,

170v

archiepiscopus aut totam, aut dimidiam emendationis
partem habebit. Infra quadragesimam quidem
totam, et extra, aut totam aut dimidiam emen-
dationem. Habet etiam in eisdem terris omnibus,
5 quaecunque ad curam et salutem animarum uiden-
tur pertinere. Huius placiti multis testibus
multisque rationibus determinatum finem postquam
rex audiuit, laudauit, laudans cum consen-
su omnium principum suorum confirmauit, et
10 ut deinceps incorruptus perseueraret firmiter
precepit. Quod propterea scriptum est hic, ut et
futuræ in æternum memoriae proficiat, et ipsi
futuri eiusdem aeccliesie christi cantuarberiae succes-
sores sciant, quæ et quanta in dignitatibus ipsius
15 aeccliesie a deo tenere, atque a regibus et principibus
huius regni æterno iure debeant exigere.

(W)illelmus **De frachenham.**
gratia dei rex anglorum, episcopo erfasti, Balduino
20 abbati, picoto et rotberto malet uicecomitibus,
et caeteris fidelibus meis salutem. Sciatis quod
ego concessi archiepiscopo lanfranco manerium
qui uocatur frachenham, sicuti heroldus tene-
bat ea die quando () mare transiui, et

171r

sicuti turbertus et gotinus ab ipso heroldo
tenebant, in omnibus terris, pratis, paschuis,
syluis, rusticis et sochemannis, et caeteris omnibus.
Willelm kyng gret erfast biscop, 7 baldewine abbod,
5 7 picot scirgerefan, 7 rodbært malet, 7 eal-
le þa þegenas þær þis gewrit to cymð fre-
ondlice, 7 ic kyðe eow þæt ic an lanfrance ar-
cebiscope þæt land æt fracenham swa full 7 swa forð
swa harold hit fyrmest hæfde þæs dægæs
10 þe ic fyrmest fram ofer sæ com, 7 swa swa
þurbearn 7 goti of harolde heolden on eal-
lan land(a)n, 7 mæde 7 læse, 7 weode, 7 genea-
tas 7 socnmen, 7 ealle þing þe þær to geby-
riað. **Quomodo lanfrancus terras extractas aeccliesie sancti andree,**

15 (P)raeterea notandum **et alias acquisitas monachis contra- /**
ac fidelibus omnibus futuris maxime tem-
poribus quantæ ualentiae quantæue aeccliesie christi
cantuarberiae necnon et aeccliesie sancti andree hroue-
cestriae hic piae memoriae lanfrancus archi-
20 episcopus utilitati et honori dum uixit extiterit
sciendum est. Hic nanque non solum illas quæ
superius nominatae sunt terras aeccliesie christi, ue-
rum etiam ex diuersorum dominatione tyrannorum
aeccliesie hrofensi suae ratione prudentiae ac

15 *vertically in the margin / didit, et de gundulfo episcopo.*

171v

sapientiae a(d)quisiuit, a(d)quisitas uero aeccliesie unde
antiquorum neglegentia fuerant extractae
atque dispersae contradidit. Videlicet dænitun-
nam, stoches, falcenham, et fracenham de manibus

5 praedicti baiocensis episcopi et hominum suorum et aliorum hominum, quasi quadam placitorum uiolentia extorsit. Et haec non solum sed et alia bona ad opus monachorum quos eidem aecclesiae ipse primum instituit, quoad uixit impendit,
10 institutis uero seruitio dei et sancti apostoli andreae omnia quae illorum uictui uel uestit(ui) necessaria fore uidebantur certo apparatu praeparare procurauit. Annitente tamen ac per omnia suffragante beatae memoriae gundulfo episcopo
15 quem ipse monachum et sacristam sanctae mariae beccensis aecclesiae dum ipse quoque prior eiusdem fuit aecclesiae merito sanctitatis ac beatae religionis prae caeteris omnibus adamauit, adamatum uero post se in angliam quoque quam citius potuit
20 uenire fecit, et eum omni domui suae, immo rebus omnibus suis quas in archiepiscopo habuit solum post sese prae omnibus aliis praeposuit. Praepositum autem atque in omni sapientiae et prudentiae sensu diu probatum, tandem diuino ad-

172r

monitus instinctu a sese deuote consecratum praedictae aecclesiae praefecit antistitem. Qui xxx.ta et uno annis inibi superstes existens, aecclesiam sancti andreae pene uetustate dirutam, nouam
5 ex integro ut hodie apparet aedificauit. Officinas quoque monachis necessarias prout loci capacitas pati potuit omnes construxit, ipsos etiam monachos () suscepit, susceptos uero sanctae religionis habitu induit, indutos
10 postmodum sacris ordinibus (a)ptos uel sanctae religionis benedictione dignos ipsemet benedixit consecrauit, et quantacunque ualuit diligentia et per se et per alios in dei timore et amore semper instruxit, instructos quidem post deum super
15 omnia amaui honorauit, atque in eo quod potuit omnibus diebus uitae suae beneficiis multumdis augmentare non cessauit. Et cum non amplius in introitu episcopatus sui quam quinque inuenisset in aecclesia sancti andreae canonicos, die qua seculo
20 praesenti decessit, plusquam sexaginta (monachos) bene legentes et optime cantantes in seruitio dei et apostoli sui deum timentes et super omnia amantes reliquit. Sed inter caetera quae illis beneficia nonnulla contulit, unum illis dignum memoria

172v

fecit, fracenham quod ut supradictum est ab alienorum iniusta potestate archiepiscopus prudentiae suae ratione lanfrancus extorsit, et ad uictum monachorum aeternaliter fore constituit, gundulfus episcopus quia ipsum manerium
5 longinquis regionibus a hroueestra nimis erat remotum, ipsum manerium in sua ac suorum omnium retinuit manu successorum, atque pro illo licentia et consilio sepedicti archiepiscopi lanfranci, Wldeham monachis aeternaliter dedit,
10

malens quidem sese ac suos successores annu-
is laboribus equitando uictum ibi tam longe
quaeritare, quam monachos uel eiusdem uillae pau=
peres homines singulis annis in annonam de=
15 portando fatigare. **De falchenham.**
(I)nter caetera beneficia ipsius archiepiscopi, falchen-
ham quoque sicut supra diximus ab iniusta
extorsit baiocensis episcopi potestate, partim
auxilio magni regis uillelmi, pro qua re
20 radulfus cadomensis monachus eius tunc
existens capellanus ad regem ipsum pro ipso auxi-
lio in normanniam fuit transmissus, par-
tım pactione pecuniae uidelicet lx. libra-
rum quas archiepiscopus (regi) illi promisit se datu-

173r

rum, unde xxx. libras accepit, xxx. ei condo-
nauit, tandem litteris regis quas secum
radulfus episcopo detulit, ac pecunia promissa
adeptus est archiepiscopus ipsum manerium, statim
5 illud constituens ad uictum monachorum xv.
reddens firmam dierum.

:
:
:
:
10 :
:
:
:
:

(A)liud quoque beatae memoriae gundulfus
15 episcopus non minus memorabile illis contu-
lit beneficium, sed omni potius omnibus seculis uentu-
ris dignum ueneratione. () Castrum etenim
quod situm est in pulchriori parte ciuitatis
hroueestrae pro regia concessione illius doni quod
20 sepredictus archiepiscopus praedictae aecclesiae ad uictum
monachorum disposuerat dare manerium ui-
delicet quod situm est in comitatu de bucin-
gham nomine hede(n)ham, (n)on enim aliter ut
ratum permaneret ipsi aecclesiae illud absque regis

6–13 *erasure*

173v

concessione potuit dare, quia pater regis illud
dederat archiepiscopo () tantum ut sul-
limatus fuit in archiepiscopio. Vnde uuil-
lmo filio eius ipsum patrem succedente in re-
5 gno ab archiepiscopo et episcopo de eiusdem manerii
concessione requisitus, respondit centum libras
denariorum habere se uelle pro ipsa concessione.
Quod postquam archiepiscopus et episcopus simul audie-
runt, consternati ualde pariter responde-
10 runt, illam tantam pecuniam neque tunc in promptu
sese habere, nec etiam unde eam acquirere
potuissent sese scire. Duobus autem amicis u-
trique parte fauentibus, Rodberto uidelicet fi-
lio haimonis, et henrico comite de uuar-

15 uuic, hinc regium honorem et integram eius ob-
seruantibus uoluntatem, hinc uero amicitiae
fauorem et pro dei amore aecclesiae praedictae mag-
nificum ac profuturum honorem, regi consulu-
erunt quatinus pro pecunia quam pro concessione
20 manerii exigebat, episcopus gundulfus quia in
opere cementarii plurimum sciens et efficax
erat, castrum sibi hrofense lapideum de suo
construeret. Quod ubi archiepiscopo et episcopo in-
notuit, tunc proculdubio magis consternati

174r

dixerunt, et regiae concessionem ex toto se(se) abnu-
ere, etiam et ipsum manerium in profundo maris
potius situm iri malle, quam praedictam aecclesiam
sancti andreae futuris temporibus regiis exacti-
5 onibus mancipari debere. Nam quotienscunque
quilibet ex infortunio aliquo casu in castro
illo contingeret aut infractione muri, aut
fissura maceriei, id protinus ab episcopo uel aecclesia
exigeretur usu reficiendum assiduo. Sicque episcopus
10 et aecclesia futuri seculi temporibus omnibus summa
distractione regiae summitteretur exactioni.
Isto itaque metu perterritus uterque, absit hoc a me
inquit archiepiscopus, absit quoque a me inquit et episcopus.
Responsum hoc (audiens) comes henricus, quasi modestae
15 stimulis irae commotus honestatis dans concito
fremitus, inquit, Hactenus mea aestimatione
ratus sum archiepiscopum lanfrancum unum ex uiris
uniuersi orbis extitisse sapientissimis, nunc
autem nec insipientem quod absit esse dico, neque illa
20 quidem qua dudum sapientia callebat in presentiar(um) uigere)
(ull)atenus asserere audeo. Quid enim grauedinis
inquit in hoc est, castrum ad ultimum maius
pro xl. libr(i)s ad uoluntatem regis facere, fa-
ctum uero comiti uel uicecomiti comitatus seu aliis

174v

etiam quibus regi placuerit monstrare, mon-
stratum et ex omni parte integrum liberare, se-
mel uero liberato sese penitus expedire, nec unquam
ulterius inde se intromittere, nec etiam eo
5 respicere? Ad hoc, regem () aduersus episcopum
uel aecclesiam futurae seruitutis occasionem nul-
latenus quaerere, immo potius eos ab omni ser-
uitute liberare, atque sicut regem decebat
pro dei timore et seculi honore in summa libertate
10 eos conseruare uelle. His ergo et aliis nonnullis
huiusmodi rationibus, tandem acquieuit
archiepiscopus. Igitur hoc pacto coram (rege) inito, fecit
castrum gundulfus episcopus de suo ex integro
totum, costamine ut reor lx. librarum. Quod
15 quam diu in seculo subsistere poterit, pro gun-
dulfo episcopo manifesto indicio quasi loquens
erit, aeternum quidem illi ferens testimonium
quod manerium hede(n)ham aecclesiae et mona-
chis sancti andreae ab omni exactione et ca-
20 lumnia regis et omnium hominum permane-

bit liberrimum et quietissimum in secula
seculorum.

Concessio uuillelmi magni regis.

175r

(V)uillelmus dei gratia rex anglorum, haimoni
dapifero et omnibus suis teignis in episcopatu
rofensi salutem. Mando et praecipio, ut eas con-
suetudines quas aecclesia sancti andreae rofen-
5 sis ciuitatis habuit in terris uestris seu in
annona, seu in porcis, uel aliis rebus tempo-
re eduardi regis, habeat, et uos exol-
uatis. **De conuentione inter gundulfum et gislebertum.**
(H)aec est conuentio quae facta est cantuariarum
10 in presentia domni archiepiscopi lanfranci, atque
eo precipiente scripta, inter gundulfum episcopum,
et gislebertum de tunebrigge. Iudicio ipsius
domni archiepiscopi debet gislebertus unoquoque
anno dare l. solidos domno episcopo gundulfo
15 pro terra sancti andreae quam ipse gislebertus habet,
quoadusque dabit ei tantum de alia terra
sua unde habeat per singulos annos l. solidos,
uel ualens. Testante eodem archiepiscopo lanfran-
co, et episcopo Willelmo de dunhelma, et abbate
20 Gisleberto westmonasterii, et abbate paulo
sancti albani, et haimone uicecomite de cantor-
beria, et bertranno de uirduno, et maxima
parte de familia ipsius domni archiepiscopi. **De
contentione inter gundulfum et pichot.**

175v

(T)empore uuillelmi regis anglorum magni, pa-
tris uuillelmi regis eiusdem gentis, fuit
quaedam contentio inter gundulfum hrofensem
episcopum et pichot uicecomitem de grendebrugge,
5 pro quadam terra quae erat de frachenham et ia-
cebat in giselham, quam quidam regis seruiens
olchete nomine, uicecomite dante praesumpse-
rat occupare. Hanc enim uicecomes regis
esse terram dicebat, sed episcopus eandem beati andreae
10 potius esse affirmabat. Qua re, ante regem ue-
nerunt. Rex uero praecepit ut omnes illius co-
mitatus homines congregarentur, et eorum iudi-
cio cuius terra deberet rectius esse probaretur.
Illi autem congregati, terram illam regis esse po-
15 tius quam beati andreae, timore uicecomitis af-
firmauerunt. Sed cum eis baiocensis episcopus qui
placito illi praeerat non bene crederet, praecepit
ut si uerum esse quod dicebant scirent, ex se ipsis
duodecim eligerent, qui quod omnes dixerant
20 iureiurando confirmarent. Illi autem cum ad
consilium secessissent, et inibi a uicecomite per in-
ternuntium conterriti fuissent, reuertentes
uerum esse quod dixerant iurauerunt. Hi
autem fuerunt, Eaduardus de cipenham,

176r

<quire VIII starts here>

heruldu et leofuine saca de exninge, eadric
de giselham, wfuuine de landuuade, ordmer
de berlingeham, et alii sex de melioribus comi-
tatis. Quo facto, terra in manu regis reman-
5 sit. Eodem uero anno monachus quidam GRIM
nomine quasi a domino missus ad episcopum uenit.
Qui cum audiret hoc quod illi iurauerant,
nimium admirans et eos detestans omnes esse
periueros affirmauit. Ipse enim monachus diu
10 prepositus de frachenham extiterat, et ex eadem
terra seruitia et costumata ut de aliis terris
de frachenham susceperat, et unum ex eisdem qui
iurauerant in eodem manerio sub se habuerat.
Quod postquam episcopus hrofensis audiuit, ad episcopum
15 baiocensem uenit, et monachi uerba per ordi-
nem narrauit. Quae ut episcopus audiuit, mona-
chum ad se uenire fecit, et ab ipso illa eadem
didicit. Post haec uero unum ex illis qui iuraue-
rant ad se fecit uenire, qui statim ad eius
20 pedes procidens confessus est se periurum esse.
Hinc autem cum illum qui prius iurauerat
ad se uenire fecisset, requisitus se periurum esse
similiter confessus est. Denique mandauit
uicecomiti ut reliquos obuam sibi londoniam

176v

mitteret, et alios duodecim de melioribus eiusdem
comitatus, qui quod illi iurauerant, uerum esse
confirmauerant. Illuc quoque fecit uenire
multos ex melioribus totius angliae b(a)ronibus.
5 Quibus omnibus londoniae congregatis, iudicatum est
tam a francis quam ab anglis illos omnes periuros
esse, quandoquidem ille post quem alii iurauerant,
se periurum esse fatebatur. Quibus tali iudicio
condemnatis, episcopus hrofensis terram suam ut
10 iustum erat habuit. Alii autem duodecim
cum uellent affirmare iis qui iurauerant
se non consensisse, baiocensis episcopus dixit, ut hoc
ipsum iudicio ferri probarent. Quod quia se fa-
cturos promiserunt, et facere non potuerunt,
15 cum alii sui comitatus hominibus trecentas libras
regi dederunt.

.
. .
20 .
. .
. .
r

<one or two leaves cut out>

:
:
:
:
:
:

pro iiii. et est appretiatum xvi. libras, et tamen episcopus
habet inde in firma sua xx. libras, et i. unciam
15 auri, et i. marsuin. Falcheham defendebat se
in tempore eaduardi regis pro ii. solinis, et nunc
similiter, et est appretiatum viii. libras. Langefel-
da defendebat se in tempore eaduardi regis
pro i. solino, et nunc similiter, et est appretiatum c. solidos.
20 Haec maneria predicta ad hundredum de clacesta-
ne pertinent. Brunlega se defendebat in tem-
pore eaduardi regis pro vi. solinis, et nunc pro iii.
et est appreciatum xviii. libras, et tamen episcopus habet
inde de firma sua xx. libras, et xviii. solidos,

1-4 erasure?

209v

et hoc idem manerium est ipse hundredus.
Wldeham se defendebat in tempore eaduardi
regis pro vi. solinis, et nunc pro iii. et est appretiatum
xiii. libras. Melingetes se defendebat in tempo-
5 re eaduardi regis pro iii. solinis, et nunc pro solino
et dimidio, et est appreciatum iiii. libras. Trotes-
cliua defendebat se pro i. solino, et adhuc fa-
cit, et est appretiatum vii. libras. Snoilanda de-
fendebat se in tempore eaduardi regis pro iii.
10 solinis, et nunc similiter, et est appretiatum ix. libras.
Haec predicta maneria habet () episcopus in hun-
dredo de lauorcesfelda. Hellingas defende-
bat se in tempore eaduardi regis pro vi. soli-
nis, et nunc pro duo et dimidio, et est appretiatum
15 xvi. libras. Frandesberia defendebat se in
tempore eaduardi regis pro x. solinis, et nunc pro vii.
et est appretiatum xxv. libras, et infra leugam
de tonebrigge est inde tantum x. solidos, et
etiam de hallingis est tantum infra eandem leugam
20 quod est appretiatum vii. solidos. Cuclestana
in tempore eaduardi regis defendebat se pro
ii. solinis et dimidio, et nunc pro duo, et est appre-
ciatum x. libras. Denituna defendebat se
tempore eaduardi regis pro i. solino, et nunc pro di-

210r

midio, et est appretiatum vi. libras, et x. solidos.
Haec maneria sunt in hundredo de scamela.
Borgestealla defendebat se tempore eaduuar-
di regis pro ii. solinis, et nunc pro solino et dimidio,
5 et est appretiatum x. libras. Et quattuor uigin-
ti domus subiacebant ibi in tempore eaduuar-
di regis, et una pars illarum est apud supra-
dictam borgestellam, et alia pars in frandes-
beria, et sunt appretiatæ viii. libras, sed tamen
10 ille qui tenet reddit inde xi. libras, et
xiii. solidos, et iii. denarios. Hoc maneri-
um habet episcopus in hundredo de hroueestra.
Stoches quod goduvinus comes tenuit contra
uoluntatem seruientium sancti andreae, et archi-
15 episcopus lanfrancus disrationauit eum contra
episcopum baiocensem iuste, tempore regis eaduuar-

de baronibus meis, Thoma archiepiscopo eboracensi,
 Rogero comite scropesbyriensi, Henrico comi-
 te uaruuicensi, Henrico de ferrariis,
 Rogero bigoto, Iuone taillebosc, Willelmo peurel,
 5 et aliis pluribus.

(W)illelmus rex anglorum, haimoni uice-
 comiti, et omnibus ministris suis de hou,
 salutem. Sciatis me concessisse monachis sancti
 10 andreae rofensis aecclesiae terram illam quae perti-
 net ad praeposituram de ceteham, et quam ipsi
 monachi infra ortum suum habent inclusam,
 ea conuentione quod ipsi monachi pro anima
 patris mei ducentas missas cantare debent,
 15 et episcopus gundulfus pro illa terra debet dare de
 alia terra sua quae ualeat quantum ipsa ua-
 lebat tempore quo episcopus baiocensis concessit eam
 eisdem monachis. Testibus, Walchelino episcopo,
 et Rodberto cancellario, et Rannulfo capellano, apud bri-
 20 cestoc.

(G)undulfus rofensium gratia dei episcopus, haimo-
 ni uicecomiti et omnibus baronibus regis
 de cænt francigenis et anglis, salutem et
 benedictionem dei et suam quantum potest.

Volo uos omnes scire me iam quietum esse aduer-
 sus regem de illa cambitione terrae quam ei promi-
 si post uuærram rofae, pro illis tribus acris quos
 5 odo baiocensis episcopus dedit aecclesiae sancti andreae
 et monachis nostris ad faciendum ibi ortum suum
 iuxta murum deforis uersus australem par-
 tem ciuitatis forinsecus, qui iam inclusi sunt
 muro circumquaque. Et illos tres acros terrae
 quos pro illis tribus dedi regi in cambitionem
 10 liberaui iam ministris uicecomitis, Rodberto
 scilicet de sancto amando, et Rodberto latimier,
 et ælfuino fratre eius preposito de cetham, et gren-
 toni de rouecestra, de nostra dominica terra de
 burchestealla, presentibus testibus istis, Ans-
 15 goto de rouecestra, Gosfrido talebot, Gois-
 frido de ros, Radu(l)fo pincerna adae, Rodul-
 fo clerico, et aliis multis de nostra familia et
 de ciuibus eiusdem uillae.

De Hedenham.

20 (W)ILLELMVS rex anglorum, archiepiscopis,
 episcopis, abbatibus, comitibus, caeterisque
 omnibus baronibus suis regni anglorum
 salutem. Notum uobis omnibus esse uolo, quod
 ego uuillelmus dei gratia rex anglorum filius

uuillelmi regis anglorum concedo aecclesiae
 rofensi sancti andreae apostoli ad uictum mona-
 chorum manerium quod uocatur hedenham
 quod situm est in comitatu de bokingeham

:
:
:
:
:

182r

dem aecclesia, in terris, et in decimis, et in oblati-
onibus, et in omnibus aliis rebus. Et remitto
de censu piscariae, qui census uulgo ferma dicitur,
quicquid additum est super antiquum censum a praeposi-
5 tis de gillingeham, ad quod manerium pertinet
eadem piscaria quae est in mari. Erat autem
praedictus census olim, quinque solidi denariorum
tantum. Hanc summam constituo ut nullus suc-
cessorum nostrorum uel praepositorum eiusdem manerii in fu-
10 turo transeat, nec plus aliquid a praedictis mo-
nachis pro eadem piscaria per singulos annos quan-
tumcunque ipsa piscaria proficiat unquam requirat.
Et hanc paruam largitionem facio pro animabus
eorum qui me in archiepiscopali sede cantuariae
15 praecesserunt, et eorum qui successuri sunt,
quatinus ipsi hanc ipsam concessionem inuiola-
bilem et ab omnium maliuolorum hominum concus-
sione quietam conseruent, insuper et pro anima
mea si deus sua gratia michi aliquam partem in
20 hac ipsa elemosina concedere dignatur.

VALETE. **De Waletuna.**

(W)ILLELMVS rex anglorum, episcopo de
suthfulca, et uicecomiti, et aliis
baronibus suis francigenis et anglis,

182v

salutem. Sciatis me concessisse et confirmas-
se donum Rogerii bigot quod dedit aecclesiae
sancti andreae de rouecestra, scilicet aecclesiam
sancti felicis de waletuna, cum decimis et omnibus
5 aliis rebus quae ad illam pertinent, testimonio
eudonis dapiferi, apud wentoniam.

De rethrauelda.

(W)illelmus rex anglorum, episcopo de suthsexa,
et uicecomiti, et caeteris baronibus suis
10 francigenis et anglis, salutem. Sciatis me
concessisse et confirmasse donum Gisleberti
de tonebrige quod dedit aecclesiae sancti andreae
de rouecestra, scilicet aecclesiam de rethrauel-
da, et quicquid ad illam pertinet, siue in decimis,
15 siue in uenationibus, uel in aliis quibuslibet
rebus, testimonio Rogeri bigot, et haimonis uicecomitis,
apud uentioniam.

:
:
:
20 :
:
:
:
:
:

18–24 erasure

archiepiscopus anselmus, de quo tenuit illum.
5 Et monachi habent inde singulis annis,
xxx.ta solid ()
(Æ)gelnothus quidam probus homo regis de hou,
similiter dedit aecclesiae sancti andreae et monachis
unum mariscum in eadem insula pro filio suo quodam
10 quem fecit monachum ibi. De quo marisco habent
monachi xv. solidos unoquoque anno. Et hoc
donum quoque concessit anselmus archiepiscopus.
(O)sbernus de b(i)liceham
accepit societatem monachorum aecclesiae sancti an-
15 dreae, et ideo concessit eis decimam de geddin-
ge terram suam aeternaliter, de qua habent (per) singu-
los annos duodecim solidos monachi.
(L)yafrun quae fuit
uxor syuuardi de hou dedit aecclesiae sancti an-
20 dreae et monachis ibidem deo seruientibus
post mortem ipsius uiri sui syuuardi unum
mariscum infra insulam de grean pro anima
sua, et pro anima ipsius syuuardi mariti sui
aeternaliter possidendum, et hoc donum fecit

1, 6 erasures

183v

in tempore Gundulfi episcopi. Post mortem uero ipsius
episcopi, quidam uulfuardus cognomine hen-
ricus de hou calumniatus est ipsum mariscum
dicens suum esse debere, per consanguinitatis pa-
5 rentelam. Sed infra calumniam illam infirmatus
est ad mortem, unde requirens monachiles
pannos a monachis sancti andreae, et quia
impetrauit quod petiit, calumniam illam
pro amore dei et redemptione animae suae
10 dimisit, et ipsum mariscum aecclesiae sancti andreae
et monachis eius omnino quietum clamauit
in secula seculorum. De quo singulis annis ha-
bent monachi inde, quadraginta solidos.
(W)lfuardus de hou
15 cognomine henricus accepit societatem mo-
nachorum aecclesiae sancti andreae, pro qua dedit eis to-
tam decimam suam de cobbeham. Postea uero alia uice
decimam suam de hou dimidiam concessit eis,
et terciam parte suae substantiae post mortem
20 suam. Quod uxor illius et filius suus Rodbertus, et fratres
sui, hereuardus uidelicet et siuardus et ead-
uardus, libentissime concesserunt.
(E)admær de tarente dedit monachis aecclesiae sancti
andreae dimidiam decimam suam de clæidune,

184r

pro filio suo quem fecerunt monachum.
(A)rnulfus de cilesfelda dedit
episcopo gundulfo et monachis sancti andreae
rofae totam medietatem totius decimae suae de ciles-
5 felda, annonam scilicet et agnos, et porcellos,
et caseos, et uitulos, et pullos si ibi sunt equa-
rum, et unum uillicanum cum quinque acris terrae,

pro anima patris sui et matris suae, et pro se ipso.
Et episcopus et monachi susceperunt ipsum arnulfum
10 cum uxore sua et homines suos quos et quot
uolebat in fraternitatem et in societatem totius be-
neficii ipsius aecclesiae, et super (hoc) fecerunt unum an-
nuale missarum pro defunctis patre et matre.
Et isti sunt testes huius rei, Anscetillus archidi-
15 aconus, Radulfus prior cadomi, Hunfridus mona-
chus, Radulfus clericus, Simon dapifer episcopi,
Atheloldus frater eius, Wido biset, Haimfridus dapi-
fer arnulfi, et alii multi.
:
20 :
:
:
:
:
:

19–24 *erasure*

184v

cantuarberiae decimam, de langeleia decimam de
caseis et de porcis, de suttune de caseis et de be-
stiis, de le(l)eburna de caseis et de bestiis, de read-
lega de caseis et de bestiis, de culinga et de mere-
5 lea () de omnibus rebus.
(E)udo dapifer regis dedit sancto andreae omnes
illas decimas quas adam frater suus quondam
dederat anschetillo archidiacono cantuar-
beriae, et quas idem anschetillus postea concessit
10 sancto andreae.
(R)odulfus pincerna eudonis dedit (monachis sancti andreae)
quandam decimam suam (de culingis) ualentem v.
solidos per annum pro anima patris et matris.
(R)odbertus de hede(n)ham omnem suam decimam
15 de hede(n)ham dedit sancto andreae.
(R)odbertus de langeleia cum uxore sua habet so-
cietatem nostram, et dedit nobis suam decimam
de langeleia, et quando obierint sepeliemus eos,
et habebimus partem suae substantiae quantum un-
20 cuique pertinet.
(A)deloldus frater Balduini nostri monachi, dedit
nobis omnem suam decimam, etiam de mobili pe-
cunia, et quando de hac uita migrauerit,
omnem suam partem totius pecuniae suae, et praeter

11–12 sancti andreae monachis *marked for transposition*

185r

hoc suos equos et sua arma, et concessimus ei
fraternitatem et societatem nostri monasterii.
.
(H)ugo de port habet nostram societatem, et de-
5 dit nobis concedentibus filiis suis unoquoque
anno xx. solidos ad pasca uidelicet pro deci-
ma de suo manerio quod uocatur ærhetha, et
hanc donationem posuit super altare sancti an-
dreae ipse et uxor eius et filii eius per cultellum
10 suum.

et ideo dedit eis suam dimidiam decimam de
terra sua illic, et totam decimam suam de terra

7–8 *erasure*

186v

sua in freondesberia. **Donatio henrici regis.**
(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo,
et haimoni dapifero, et omnibus baronibus
suis francigenis et anglis de cænt, salutem.

- 5 Sciatis me dedisse aecclesiae sancti andreae, et episcopo
Gundulfo de rouecestra aecclesiam de eilesfor-
da cum terra et decima et omnibus aliis rebus
quae ad illam pertinent. Similiter aecclesiam de
suthtuna cum tota decima in annona, et be-
10 stiis, et pasnagio, et molendinis, et in omnibus
aliis rebus. Et aecclesiam de Wleuuic cum tota
decima. Et dimidiam decimam meam de tarente-
forda in annona tantum, et totam decimam
meam de estrotes, et totam decimam meam de
15 cealces. Et hoc facio pro anima patris mei
et matris meae, et pro anima mea et uxoris meae.
Testibus, eudone dapifero et haimone dapifero apud rouecestram.

Item de eodem.

- (H)enricus rex anglorum, Anselmo archi-
20 episcopo, et haimoni dapifero, et omnibus ba-
ronibus francis, et anglis de chent, salutem.
Sciatis me dedisse sancto andreae de rouecestra,
et Gundulfo episcopo et monachis eiusdem loci
aecclesias de tarenteford, et de Ailesfort, et omnes

187r

aecclesias ipsis aecclesiis subiacentes, et omnes de-
cimas uillarum illarum in quibus sunt predictae
aecclesiae, in annona, in pasnagio, in pecunia
et in omnibus aliis rebus sicut sanctus augustinus me-

- 5 lius habuit in tempore patris mei aecclesiam de
mildeltona cum decimis eiusdem uillae. Et decimam
balenarum quae captae fuerint in episcopatu rofensi,
similiter concedo predicto sancto, et uolo et firmiter
precipio, ut predictus sanctus, et episcopus, et monachi, ipsas
10 aecclesias cum decimis sicut predixi teneant fir-
miter et perhenniter, ita quod a nullo eis fiat inde
iniuria. Testibus, Rotberto episcopo lincoliae, et Willelmo gifar-
do cancellario, et eudone dapifero, et haimone dapifero, et Willelmo
de a(s)bineio, et Willelmo peurel de दौरा, apud,
15 Rourecestram. In festo sancti Gregorii.

De niuue uuere.

(H)enricus rex anglorum, Haimoni dapifero,
et Hugoni de boch', salutem. Prohibeo ne pesca-
tores pescant in tamisia ante piscaturam (

- 20) de rouecestra de niuuera. Et si ul-
terius inueniuntur piscantes, sint michi forisfa-
cti. Teste Waldrico cancellario, apud Westmoster.

De litle uuroteham.

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo,

19–20 *erasure*

et haimoni uicecomiti, et omnibus baronibus suis francigenis et anglis de chent, salutem. Sciatis me concessisse donum illud quod gausfridus talebot dedit aecclesiae Sancti Andreae et episcopo Gundulfo de rouecestra pro anima sua, scilicet medietatem parui broteham. Testibus, anselmo archiepiscopo, et Roberto episcopo lincoliae, et (comite Roberto) de mel-
lent, et Roberto filio haimonis.

De feria sancti paulini.

(H)enricus rex anglorum, Anselmo archiepiscopo, et haimoni uicecomiti, et omnibus hominibus de cænt, et omnibus baronibus suis totius angliae, salutem. Sciatis me dedisse et concessisse aecclesiae sancti andreae apostoli, et sancti paulini confessoris, et episcopo Gundulfo et monachis eiusdem aecclesiae, unam feriam omni anno celebrandam duobus integris diebus in ciuitate rouecestra, id est ipsa die festiuitatis sancti paulini, et priori die ante ipsam festiuitatem, et totum theloneum quod inde eueniet quietum cum omnibus consuetudinibus feriae tam extra ciuitatem quam infra, in honorem praedictae aecclesiae et ipsorum sanctorum. Testibus, Willelmo de Wereluuast, et eudone dapifero, et haimone dapifero, et Willelmo peurel, et haimone peurel. **De ælham.**

7 Roberto comite *marked for transposition*

